NOLTE

QUOMODO

PERMULTI, QUI APUD TACITUM LEGUNTUR, LOCI

SIVE EMENDANDI SIVE EXPLICANDI SINT,

HOC LIBELLO ASTRICTE EXPONERE CONATUS EST

J. H. NOLTE,

Osnabrugensis,

SS. CATH. ECCLES. PRESBYTER.



AMSTELODAMI,
APUD M. H. SCHONEKAT.
1851.

Liber BEUKMANI typis exscriptus est.

FRANCISCO BERGMANNO,

SS. THEOLOGIAE DOCTORI,

JOANNES HENRICUS NOLTE, PRESBYTER.

S. P. D.

Quum in superiore aestate in id inquirerem, in quonam anno ἀπογραφὴ illa a Luca evang. II., 2 commemorata acta eaque eademne sit, cuius Act. Ap. V., 37 mentio fit; praeter aliorum libros Taciti quoque in manus sumsi. Cuius libris cognoscendis quia mirifice semper delectabar, denuo tanto eorum amore capiebar, ut omnes pervolutarem. Inter legendum in multos locos corruptos incidi, horum alii quomodo emendandi essent, iam ante hos multos annos perspexisse, alii, nunc reperisse mihi videor. Quos ut in unum libellum collectos edere et ad te mittere decreverim, desiderium et tibi aliquam publicam meae in te amicitiae significationem (licet perexigua sit) dandi et aliis aliquid fortasse haud inutile offerendi me commovit. Quodsi plus, quam nunc, mihi contigerit temporis, unam saltem partem commentariorum, quos, si deus vitam viresque suppeditaverit, in omnes N. T. Libros concriptos una cum nova germanica graeci ἀρχετύπου interpretatione editurus sum, quam primum emittendam curabo. Cuius interpretationis et commentariorum iam diu est quod specimina quaedam ad te transmisi.

Priusquam scribendo finem impono, iterum iterumque te, ὦ φίλτατον Κάρα, oro atque obtestor, ut tibi persuasissimum sit, apud me nullas opes neque ullum regnum tanti esse, quanti tui coniunctionem et amicitiam facio, ac te, quo magis iniurii in te quidam ambigui et vix ferendi ingeni sunt, eo magis a me amari et diligi. Vale et ut bonis ac theologicis litteris, quem ad modum semper, quae tua est modestia, nomine tuo non edito fecisti et facis, prodesse pergas, te rogatum velim. Amstelodami pridie nonas Martias.



JIS, QUI HAEC LEGANT,

J. H. NOLTE.

S. P. D.

Quibus caussis, ut has locorum Tacitinorum corruptorum emendationes in lucem edam, impulsus sim, breviter in epistola huic praefationi praemissa indicavi. Quae hoc loco ut explicem faciendum mihi putavi, haec sunt.

Quum publica bibliotheca omnibus doctrinae praesidiis instructa Amstelodami non sit parvaque librorum meorum copia, aliunde aliquot libri utendum mihi petendi fuerunt. Meum editionis a Walthero adornatae exemplar quia ad manus non habebam, donec a matre domo mihi transmitteretur, Joannes Muellerus, Amstelodamensis librorum venditor, vir officiosa voluntate, a me rogatus suum mihi utendum dedit, cuius fratris filius porro, Fredericus Muellerus, veterum librorum coemptor et venditor, aliquot libros libenter mihi commodavit. Pruisquam omnes meas emendationes et explicationes locorum Tacitinorum et corruptorum et intellectu difficilium perscriptas librorum venditori tradidi, ut formis describendas curaret, operam dedi, ut editiones a Ruperti, Rittero, Doederleino emissae inspiciendae mihi traderentur. Hinc ad Jac. Geel, Leidensis universitatis bibliothecarium, et J. Bake, eiusdem universitatis magistrum literas dedi resciturus, an libri illi Leidae exstarent. Non exstare, responsum est; solum lexicon Taciteum

a Boettichero editum Davide Lennepio, viro et doctissimo et officiosissimo, intercedente ad me transmissum est. Doleo, quod, ut ex Ultraiectino ad Rhenum illi libri ad me transmitterentur, impetrare quoque nequivi. Doederleini editionem a Bosscha, egregio Amstelodamensis Athenaei magistro, accepi: ea hic illic uti poteram ante has meas emendationes formis describendas. Nullos commentarios philologicos, sive singulis, sive tertiis quibusque mensis etc. eduntur, lego: nam et eos cognoscendi tempus, et, qua mihi eos comparare possim, pecunia deest. Cui rei adcribendum erit, si quis, qui forte in eandem, in quam et ego, coniecturam inciderit, a me non commemoratur. Nam a gloria falcem meam immittendo in alienam messem comparanda quam qui maxime alienus sum.

Ea, quae hic libellus continet, opera levi augere poteram v. c. addendo permultos locos, in quibus VV. DD. hoc illudve vocabulum explicuerunt, aliorum scriptorum et graecorum et latinorum locos sive corruptos, sive intellectu difficiles inmiscendo emendatas et explicatas et quae sunt id genus plura. At ostentandae illi, ut ita dicam, versicolori doctrinae permulta permixte e suae copiae cornu profundenti inimicissimus sum. Hinc Disseni, Hermanni, Jacobsi, Kuehneri, Orelli, aliorum elegantem eorum, quae explicanda sunt, delectum magis admiror plurisque aestimo, quam illas Obbariorum hisque similium ambages. Semper amantissimus verbi illius ab Horatio prolati:

«*Brevis esse laboro*,»

tamen illud triste, quod sequitur

«*Obscurus fio*»

evitare studui. Quantam maximam operam nunquam non dedi, ut in locis a corruptelarum sordibus iudicando purgandis circumspecte agerem, semper, in quantum fieri potuit, ea, quae libri MSS. offerunt, sequendo.

Si quis hunc libellum censura dignum iudicaverit, secum reputet velim, me iam amplius sex annos totum fere in theologicas literas abditum esse in iisque vigere et perraro amicos meos veteres, latinos graecosque scriptores, invisere posse. Hinc, si quid male emendavi explicuive, aliqua in me indulgentia et benignitate erit.

Qui in posterum latinos graecosve scriptores edendos curabunt, ut tam diligenter et accurate codd. MSS. lectiones addant, atque Orellius, ex animi sententia opto. Utinam et mihi aliquando copia libros MSS. aliquot latinorum et graecorum scriptorum et imprimis patrum ecclesiasticorum quum latinorum, tum graecorum et inspiciendi et ad libros formis descriptos conferendi praebeatur!

Is, qui alteram Orellianam editionem parabit, haec addat velim: Taciti vita accuratissime enarretur, explicetur de eius ingenio et scribendi genere i. e. de librorum ab ipso conscriptorum argumento, forma compositioneque, elocutionis indole tum generatim, tum singillatim; suo loco comparentur inter se Thucydides et Tacitus, ac Tacitus et ii Romanorum, qui et ante et post eum rerum gestarum historiam complexi sunt: exacte enumerandi et diiudicandi sunt codd. MSS et editiones librorum Tacitinorum et quae sunt id genus plura; omnes interpretum et emendationes coniecturaeque et explicationes breviter afferendae sunt, ut aliorum editionibus carere possis; accuratissimus quoque verborum index addendus est; quibus adiungantur sententiae, quae apud Tacitum leguntur, quem ad modum Poppo fecit in Thucididis libris ab ipso editis.

Honestissimum editionis ab Orellio adornatae redemptorem oro rogoque, ut eam iterum foras dandam minore eademque, atque Horatii carmina etc., charta et in quattuor volumina distributam emittat.

Occasioni, quae nunc mihi datur, meum gratum animum in eos, qui de me bene meriti sunt, profitendi non desim

oportet. Memoriam singularis benevolentiae, qua me prosecuti sunt, Ber. Hofman, decanus, et Nic. Steins Bisschop, pastor Amstelodamensis, conservabo. Gratias maximas persalvo Ber. Bahlmann, Amstelodamensi mercatori, humano haud inelegantis ingeni viro eiusque beneficae uxori, item eius sororibus, et natu maiori, comi illi et benignae Ign. Buenkeri viduae, et natu minori eiusque coniugi, Adriano Wattiau, animo ad officia quaeque praestanda paratissimo, qui et consilio et re me diligentissime tuiti sunt. Amicorum omnium, qui Amstelodami, Noviomagi, Arnhemi sunt, semper recordor. Porro non possum non amplissimis verbis gratias agere A. M. Hendrichs pro egregio scilicet beneficio, quod haud scio an Fr. et, quo familiarissime utitur, L. auctoribus in me contulerit!!! Incredibilem denique gratiam habeo J. A. Smits, qui me consilio suo juvit: quo quanto ingeni acumine sit, mirum in modum comprobavit!!!

Te, lector candidissime, rogo, ut Horatium sequaris, qui:
«*Si quid*», ait, «*novisti rectius istis,*
»*Candidus imperti, si non his utere mecum.*»

Amstelodami a. d. XI. Kal. Apriles.



CAPUT PRIMUM.

Agitur de aliquot locis, qui apud Tacitum in libro Agricola inscripto leguntur, emendandis et explicandis.

Gaudeo, quod plurimi loci sive corrupti sive intellectu difficiles, qui in libro a Tacito Agricola inscripto leguntur, a viris doctis iam recte vel emendati vel explicati sunt. Sic e. c. nemo amplius haerebit in verbis cap. I, «quam non petissem incusaturus.... tempora» a Wexio recte explanatis; cap. III Beroaldi lectionem «facilitatem» ex mero operarum errore ortam esse certum est. Cap. VI lectionem cod. Γ «ludos et inania etc.» recte explicuit Duebnerus; quamquam facillima Hofmani Peerlkampi et Rothi coniectura *media* non improbanda est. Cap. XV locus «alterius manus etc.» ab Odofredo Muellero recte constitutus est. Cap. XVI Haud male Wexius emendavit «restituit (tenentibus... agitabat), ni quamquam...... deditus et, ut suae cuiusque etc., quod recepit Or.; quamquam ego malim «restituit. Tenentibus... agitabat, ne, quamquam cetera..... et, ut suae QUISque iniuriae ultor (sc. consulere solet), durius consuleret, missus SUFFICITUR.... mitior. Compositis etc. *Ne, quamquam* pro nequaq' Γ, cuius margo neq' relatum ad primam syllabam, ut sit ne quamquam, habet, scribendum est, quod Hist. 4, 68 Mercerus recte pro nequaquam M restituit; *sufficitur* emendavi pro igitur; syllaba suf ob antecedentem sus omissum

est; quia suf scriptum erat, alterum f excidit, cf. Tom. I p. 56, l. 18; *c* in *g* mutatum. cf. Tom. I p. 44, l. 7; p. 49, l. 4; p. 184, l. 19; p. 217, l. 1; Tom. II p. 96, l. 4; p. 97, l. 19; p. 242, l. 1; *eiusque* A habet, sed emendandum est *quisque*, sic Tom. I, p. 148, l. 2 M habet *cuique*, quod recte Beroal. mutavit in *quique*. Cap. XXX «sinus famae etc.» ommino cum Peerlkp., Rotho etc. famae pro dativo accipiendum est. Alia adhuc dubia, corrupta etc. fortasse, quum editio a Wexio promissa et tam diu exspectata erit vulgata, certa et emendata erunt. Sed iam ad id, quod nobis proposuimus, progrediamur. Incipiamus a corruptissimo loco cap. X.

«Dispecta est et Tule, qam † hactenus iussum et hiems abdebat, sed mare pigrum et grave remigantibus perhibent, ne ventis quidem perinde attolli etc.»

Ascripsi et semper ascribam verba Taciti ex editione Orelliana. Jam singula huius loci verba, quatenus opus esse mihi videtur, persequamur. *Dispecta est* = conspecta e longinquo, quasi per caliginem. Stat. Silv. 3, 5, 20 *vada caligantia Tules*. cf. Doederl. ad. h. l. De scriptura *Thyle* cf. interpp. ad h. l. et Wagner ad Virg. Ge. 1, 30. Multi Thulem putant esse Islandiam, alii *Mainland*, maiorem insularum *Schetland*, quam Gosselin *Recherches* IV, p. 169 apud Burnoufium ante haec duo secula adhuc *Thyl* appellatam fuisse refert, esse probabilius credere videantur. vid. Orell. ad h. l. Quae sequuntur verba, corruptissima sunt; quare explicari, inquit Or., non possunt. *Hactenus iussum et* habet Δ corrupte; de Γ non satis constat. Id unum, addit Or., dispicitur ex recepta melioris cod. Γ lectione *abdebat*, in quam etiam Rhenanus coniectura incidit, eam insulam, etsi rumoribus notam iam Pytheae (Plin. 2, 75, 77.), certe a Romanorum nemine ante hanc expeditionem conspectam esse. Multas et interpretationes et coniecturas,

quas omnes merito reiicit, congessit Hand Turs. III p. 10; cuius quoque coniectura, uti et Doederleini et Bernhardyi hunc locum explicandi et emendandi ratio omnino improbandae sunt. Harum refutatione non opus est: etenim omnes et emendationes et explicationes, alia magis alia, pendent ex Puteolani scriptura *nix* pro *iussum* prorsus arbitraria, quam Wex progr. p. 10 recte «*emendationum* ab illo factarum *monstris* adnumerat.» Or. Ego emendandum esse credo: quam hactenus SINUS SUUS et hiems abdebat etc. Haec emendatio quia proxime ad verba cod. ms. accedit, veram esse eredo. Quam facile ea in id, quod Δ habet, mutari potuerit, non est, quod pluribus explicem. Addo, quod, ut Tom. I. p. 122, l. 11 ed. Or., in codd. MSS ductus inter *m* et *s* saepe ambiguus est, cf. Tom. II p. 51, l. 20. Sinus = *recessus et sinus* cap. XXX = *Abgelegenheit.* In vocabulo *suus* nemo offendet. cf. Herzog ad Caes. B. c. 1, 1 p. 5.

Hanc emendationem cum R. Klotz ante aliquot menses communicavi, ut in comment. philol. et paedag., quos edit, reciperet Mihi petenti satisfactum esse, accepi ab Joanne Muellero, ipse nondum vidi fasciculum illum, in quo perscripta est.

Cap. XIII. «AGITASSE GAIUM CAESAREM DE INTRANDA BRITANNIA SATIS CONSTAT, NI VELOX INGENIO, MOBILIS POENITENTIAE, ET INGENTES ADVERSUS GERMANIAM CONATUS FRUSTRA FUISSENT. DIVUS CLAUDIUS † AUCTORITATE OPERIS, TRANSVECTIS LEGIONIBUS AUXILIISQUE ET ASSUMPTO IN PARTEM RERUM VESPASIANO etc.»

Auctoritate operis est lectio corrupta ΓΔ. Alii legibus artis criticae neglectis auctore Puteolano *auctor operis* emendant, v. c. Bekk., Walch, Walther, quod explicant «primus inchoavit ipsum opus Britanniam in provinciam redigendi:» nam «effector operis» cum Bachio explicare haud licet.» Or. Hofman Peerlkamp «possemus, inquit, suspicari *auctor exstitit.*» Male ex mea quidem sententia. Wexii *auc-*

tor iterati operis (h. e. Doederleino interprete auctor fuit, ut conatus Britanniae subigendae repeterentur) vix quemquam puto, bene inquit Or., probaturum esse. Coniiciebam olim *intenti* sive *agitati* sc. a Gaio Caesare: posteriorem coniecturam in scholis olim coram praeceptore acerrime defendebam. Sed nunc displicet, uti et tertia in quam incidi *tandem*, quam loco Pomp. Mela 3, 6, 33 p, 275 ed. Gron. 1782] firmabam. «*Britannia qualis sit qualesque progeneret, mox certiora et magis explorata dicentur. Quippe* TAMDIU CLAUSAM APERIT ECCE *principum maximus etc.*

Qua quoque coniectura reiecta, iam id, quod a Taciti manu profectum est, reperisse mihi videor. Rescribe mecum auctor *ta*NTUM operis etc. Singula iam persequamur: i ex errore a librario temere additum est, quod puncto, quo delendum esse significaretur, subnotare omisit: scriptum porro erat *tate* sive *tato* seu *tatu* = tantum; sic Tom. II p. 187 l. 3 ed. Or. M habet *tatum* pro *tantum*, et Tom. I p. 243, l *e* pro *um;* p. 352, l. 11 *tanto* pro *tantum*, p. 350 l. 14 *nutu* pro *nutum* Tom II p. 120 l. 19 *rapidu* pro *rapide* etc.. De *tantum* cf. Herzog ad Caes. C. G. 6, 8 p. 362 ed. alt.; *opus* = Britanniae subactio cf Or. et Doed. ad. h. l. Hac emendatione admissa Doederl. non amplius mirabitur, si tam magnifice Claudium laudare voluit Tacitus: quod, si auctor operis a Tacito scriptum esse sumpseris, fecisse videtur. Qua ratione Claudius auctor tantum operis fuerit, Tacitus explicat verbis *transvectis legionibus* etc. *et assumpto* etc. = eo, quod transvexit et assumpsit. Confirmat meam emendationem Aurel. Victor de caes. cap. IV, 2 — — — *simul ultima occasus, Britaniae partes conturae, quam solam adiit, Ostia profectus mari,* NAM CETERA DUCES CURAVERE.

Cap. XVI. DIDICERE IAM BARBARI QUOQUE IGNOSCERE VITIIS BLANDIENTIBUS ET INTERVENTUS..... PRAEBUIT.... EXCUSATIONEM. SED..... LASCIVIRET TREBELLIUS FUGA AC LATEBRIS VITATA EXERCITUS IRA,

INDECORUS ATQUE HUMILIS PRECARIO MOX PRAEFUIT, AC VELUTI PACTI, EXERCITUS LICENTIAM, DUX SALUTEM, [ET] SEDITIO SINE SANGUINE STETIT.

Verbis *didicere iam* etc. rationem reddi, cur Trebellius segnior et nullis castrorum experimentis, comitate quadam curandi provinciam tenuerit, quisque videt. At obscura sunt verba

Vitiis blandientibus »imprimis luxuriae, cui ipsi Britanni paulatim indulgere coeperunt.» Or. *Jgnoscere* «sc. servitutis suae auctoribus. Quidam vitiis pro dativo habuere.» Doederlein, qui pro ablativo absoluto habet, interpunxit post ignoscere. Mihi vitiis est dativus rei, blandientibus personae; interpretor iis, qui vitiis blandiebantur. *Votis suis* blandiri Ovid. am. 2, 11, 54 cf. Klotz in v. blandiri. Ad ambiguitatem, quae in *vitiis blandientibus* inest, cf. Caes. B. G. 1, 42 *omnibus equis Gallis equitibus detractis*, quamquam loci non eadem, ac Taciti, ratio est. Pervenimus ad explicanda verba [*et*] *seditio.* »Haec codd. lectio, etsi praeferenda Puteol. interpolationi *haec seditio*, tamen vitiosa videtur; malim equidem *et* deletum.» Or. — »Suspicor *ea seditio*» Doed. Alii aliud coniecerunt cf Walther. ad. h. l; at ad unum omnes male de hoc loco meriti sunt. Videndum est, an locus iusta explicatione defendi possit. Et primum quidem *ac*, quod in eis, quae necessitate quandam consequutionis arcte cohaerent, usurpatur = et ita, *und so*, *τέ* addit id, quod ex eo, quod *precario praefuit* Trebellius sequitur. cf. Hand. Turs. I, p. 478, qui II p. 498 »*ubi particulam et, inquit, pro etiam sequitur negatio, sensus exsistit verborum ne quidem*» quod ad locum, de quo agimus, transferas velim, nam in verbis *sine sanguine* inest negatio. *Stetit* non »cessavit, sedata est,» ut nonnulli (v. c. Doederl.) interpretati sunt, sed »constitit,» prorsus ut Hist. 3, 53, Dr. (kosten, coûter). »Or. *pacti* = pacti essent cf. Walther ad. h. l. Dele igitur uncos, quibus

et inclusum est. Interpretor totum locum »und so kostete, gleichsam als wenn....., nicht einmal die Meuterei Blut;» (aut, si *stetit* interpretaris »cessavit» »und so endete (lief ab).... selbst (et = etiam, Hand. Turs. II. p. 426 seqq., imprimis p. 520, N^ro^ 16.) die Meuterei ohne Blutvergiessen,) sc. quod, si Trebellus melior imperator fuisset, factum non esset. Etenim in milites dicto non audientes severe animadvertebatur et immissis fidis militibus inobedientes etiam vi armorum domabantur; quod sine sanguine fieri non solet.

Quae sequuntur verba cap. XVII ET CERIALIS QUIDEM..... OBRUISSET, SED etc. »optime Or. emendavit; quem uti et reliquos interpretes miror verum non vidisse in his verbis cap. XVIII. CAESAQUE PROPE UNIVERSA GENTE, NON IGNARUS INSTANDUM FAMAE AC, PROUT PRIMA CESSISSENT, TERRÓREM CETERIS FORE, MONAM INSULAM etc: Veram huius loci sententiam ii assecuti sunt, qui deletis vocabulis *terrorem ceteris* «fore universa» rescripserunt. Quae ratio quia violentior est, videndum est, an minore vocabulorum literarumve mutatione id, quod a Taciti manu profectum est, restitui possit. Emendavi olim in schola praeceptore meo haud improbante —— teNOREM ceteris fore. Vocabula *tenor* et *terror* confundi notum est cf. Arntzen ad Paneg. p. 599 et intpp. ad Quint. Decl. p. 56 ed. Burm. cf. quoque Agr. cap. VI, ubi pro Rhenani *tenor* ΓΔ habent *certior*; quem tamen locum emendem hoc modo: eadem praeturae INERTIA; scriptum fortasse erat in cod. iertio, sive iertio, ex quo librarius fecit 'certior. De signo—sive vocabulis male additis alio loco pluribus locuturus sum. Confundiuntur *a* et *o* cf. Tom. I p. 155, l. 7; p. 159, l. 8; Tom II p. 167, l. 8. Vocabulum *inertia* quod paucis abhinc verbis legitur, offendendi occasionem dare non potest cf. Dissen ad Tibul. 1, 1, 6 Tom II p. 10; Porson ad Eur. Hecub. 600. Hinc Hist. 1, 70 optima Duebneri est coniecitura *Norici*.

Cap. XX. QUIBUS REBUS MULTAE CIVITATES QUAE IN ILLUM DIEM EX AEQUO EGERANT, DATIS OBSIDIBUS IRAM POSUERE UT PRAESIDIIS CASTELLISQUE CIRCUMDATAE, TANTA RATIONE CURAQUE UT NULLA ANTE BRITANNIAE NOVA PARS. ILLACESSITA TRANSIIT SEQUENS HIEMS.

«Nunc demum, hac distinctione ac mutatione a Duebnero et Wexio facta, intelligi potest locus antea densis obsitus tenebris atque incredibiliter a criticis vexatus.» Or. Aliorum interpretum coniecturas et explicationes vide apud Walther. ΓΔ habent — — *pars illacessita transierit. Sequens* etc. Sed haud scio, an non improbanda sit Ernesti sententia, qui rescribendum esse ait: — — *pars* ITA *illacessita transierit. Sequens* etc.; *Ita* absorptum est a prima vocabuli sequentis illacessita syllaba.

Cap. XXV. AD MANUS ET ARMA CONVERSI CALEDONIAM INCOLENTES POPULI, PARATU MAGNO, MAIORE FAMA, UTI MOS EST DE IGNOTIS, OPPUGNASSE ULTRO, CASTELLA ADORTI METUM UT PROVOCANTES ADDIDERANT; REGREDIENDUMQUE CITRA BODOTRIAM ET EXEDENDUM POTIUS, QUAM PELLERENTUR, IGNAVI SPECIE PRUDENTIUM ADMONEBANT, CIUM INTERIM ETC.

Hic locus mihi semper perdifficilis visus est. Aliorum coniecturis et explicationibus omissis quid ego de h. l. explicando et emendando sentiam, breviter proponam. Et primum quidem mihi iungenda esse videntur vocabula *paratu magno*, *maiore fama* cum v. *oppugnasse*, quod mutandum esse censeo in oppugnaNTES: *maiore fama* = fama in maius elato; *ultro* = non lacessiti sive, ut alicubi Suetonius inquit, «*ultro et prius.*» In participiis *oppugnantes*, *adorti* ἀσυνδέτως adiunctis noli offendere cf. Kueh. ad Xen. comment. p. 56. Tum interponendum esse puto ante *regrediendum* vocabulum AT omissum ob similitudinem ultimae vocabuli *addiderant* syllabae sic e. g. Tom II pag. 188, l. 18 *ad* omissum est; et Tom. I. p. 136, l. 15 *aut ad* suspicari possis pro solo *aut*, quod M. habet, Doederl. *aut sub. in usum* coniecit cf. quoque Drak. ad Liv. 34, 32,

13; 39, 50, 6. In vocabulo *que* regrediendum addito latere credo QUOque; sic Tom. I p. 380 l. 15 pro fratresqne in M. Or. scribit fratres quoque; Tom. I p. 190, l. 6 M habet sibique pro sibi quisque; Hist. 4, 35 habet M desertosque, pro quo ego rescripserim desertos SE QUOque; *se* omissum est e. g. Tom. II p. 52, l. 14, Tom. I p. 480, l. 9. Ad. vocab. *oppugnantes* quod attinet, scriptum erat oppugnates, dein corruptum in oppugnases (s et t permutantur, v. c. Tom I p. 420, i. 8 M habet assaret; Tom II p. 273, intulisse), tum in oppugnasse; vel scriptum erat oppugnats = oppugnantes, ut Tom. I p. 110, l. 11 et p. 162, l. 1 oms = omnes; sive oppugnats, sic Tom. I, p. 135, l. 11 M nutiavit pro nuntiavit habet.

Cap. XXVIII. At Britanni + non virtute, sed occasione et arte ducis rati, nihil ex arrogantia remittere, quo minus iuventutem armarent etc. Qui, quonam modo hunc locum VVDD sanare studuerint, cognoscere vult, adeat Walth. ad. h. l. Gruterus coniecit *ut non virtute* etc.; pro rati Acidalius *fracti*. Jam rescribe meum: *At Britanni non* UT *virtute* etc. *Fracti*. *Ut* hic illic excidit cf. v. c. Tom. I p. 478; p. 532; Tom. II p. 47, p. 222 (quo in loco tamen QUI aut QUO, ut statim quoque sequitur *sed quo*, inserere malo absorptum ab ultima antecedentis vocabuli plerique syllaba; quod subsquente syllaba *vi*, quocum interdum mutatur, facile fieri potuit. Mutatio vocabuli *rati* in *fracti* facillma est. Litera *f*. omissa est e. c. Tom. II p. 184, l. 2 et Tom. I p. 488, l. 11 malim *Frueretur* emendare, quam Orellio auctore *recrearetur;* sed de eo suo loco dicam. Hac emendatione admissa sententia inest in verbis optima. Si quis virtute adversarii hostisve superatus est, adrogantiam dimittere solet: at adrogantiam non modo non dimittit, imo saepe adrogantior fit, qui occasione, arte, consilio etc., non virtute se superatum esse cre-

dit. Hominis in descripta conditione versantis more agebant Britanni, quia in eadem se esse putabant. Attendas quaeso ad verba *non—sed*, quae usurpantur, ubi prior notio tota tollitur, et in eius locum posterior notio substituitur, ita quidem, ut posterior priorem excludat cf. Kuehner ad Xenoph. com. 1, 6, 2 p. 146.

• Cap. XXVIII. + MOX AD AQUAM ATQUE UT ILLA RAPTIS SECUM PLERISQUE BRITANNORUM SUA DEFENSANTIUM PRAELIO CONGRESSI, ... VESCERENTUR. Alii alio modo hunc locum emendare studuerunt cf. Or. et Walther ad h. l. Mihi rescribendum esse videtur: Mox ad aquam atque utENSilla raplENtes cum etc. Singula explicemus. *Mox* = cum aquae atque utensilium penuria laborarent; *ad aquam* = quum aquationis caussa in terram transivissent et iam in aqua haurienda occuparentur cf. Caes B. G. 5, 50: *Eo die*, *parvulis equestribus praeliis ad aquam factis* etc. ibique Herzog. p. 338 ed. II et Hand. Turs. I p. 98. — *Utensilia* iam Selling emendavit; legitur vocabulum ap. Tacit. An. 1, 70; 2, 2; 60; 3, 52; 15, 39. — *Rapientes cum* ego emendavi: medias syllabas a librario hic illic omissas esse docet Tom I. p. 62, l. 3; p. 101, l. 2; p. 125, l. 14; p. 161, l. 5; p. 165, l. 8; p. 178, 12 etc.; omisit fortasse librarius p. lineolam addere, qua vocabulum contractum esse significaretur; *is* et *es* confunduntur saepius, Tom. I p. 5, l. 7; p. 44, l. 9; p. 77, l. 12, p. 193, l. 11, p. 213, l. 5, p. 63, l. 2; syllaba *se* vocabulo cum praeposita ortum est ex antecedente syllaba es. *rapientes* = rapiendo occupati.

Cap. XXXI. BONA FORTUNASQUE IN TRIBUTUM AGGERANT, ANNUM IN FRUMENTUM.

Bona fortunae quae in tributum aggerat annus habent ΓΔ, quod miror ab Orellio adposito + signo non esse receptum. Mihi emendandum esse videtur: Bona fortunaeque in tributum aggeraNTUR, annus in frumentum; *quae* et *que* confunduntur v. c. Tom. I pag. 168, l. 2,

p. 172, l. 4. Tom. II p. 38, l. 5, p. 276, l. 21: fortasse omisit librarius *a* puncto notAre, ut T. I. p. 61, l. 12; *aggerantur* pro aggerat; sic Tom. I p. 70, l. M habet concederet, pro quo Or cum Lipsio edidit concederetur, *quam* quam Doed. *concederent* sc. patres mavult, quod non improbandum est; Tom. II p. 423, l. 7 Δ habet perhiberet pro perhiberetur, non Γ; ib. p. 432 Δ pugnabant, Γ pugnabatur cf. Tom. I. p. 511, l. 1; Tom. II. p. 166, l. 19; p. 438, l. 13 et de *ur* terminatione passivi male a libraris vel addita vel omissa Drak. ad Liv. t. 3 p. 40; t. 5 p. 343 ed. Belg. — *annus* = proventus anni cf. Walch. ad. h. l. frumentum et cap. 19 = Getreidelieferungen. Coniciebam olim annus in LUDIBRIUM ex cap. 19; timeo, ne temere correxerim Tacitum. In = ut sit trib. etc. cf. Hand Turs. Tom. III p. 316 N°. 25.

Cap. XXXVI. ET QUAMQUAM RECENTEM TERROREM INTULERANT, DENSIS TAMEN HOSTIUM AGMINIBUS ET INAEQUALIBUS LOCIS HAEREBANT; MINIMEQUE + EQUESTRES. EA ENIM PUGNAE FACIES ERAT CUM AEGRA DIU AUT STANTE SIMUL EQUORUM CORPORIBUS IMPELLERENTUR etc. Interpretum coniceturas vide ap. Waltherum, Doederl., Or. Totus locus mihi sic rescribendus esse videtur: *minimeque equestrIs ea eTiAm* pugnae facies erat, cum e graDU H*aud* diu stantes etc. — *equestris* iam a Rhenano emendatum est; *enim* delevit Rhenanus, «quod, inquit Or., ortum videtur ex Γ illo v. *ea* superscripto *i*, quod ipsum codicis scriptor explicare conatus sit inserens *enim*, sed sane festinantius, quam consideratius;» Beck., Doederl. etc. iam suspicati sunt. Ego *etiam* praefero; etiam et enim confundi docet Arntz. ad Paneg. p. 260. Etiam saepe usurpatur in iis, quae rem maiorem, nec per se exspectandam, sed raram et praeter opinionem evenientem indicant cf. Hand Turs. II. p. 560. Pro corrupto *aegra diu* coniecit Rhen. *in gradu*, ego malim *e gradu*, quod cum v. impellerentur iungendum est; *haud* (scriptum haut cf. e. c. Tom. I p. 104, 2) et aut

confunduntur saepe, v. g. Tom. I p. 330 M habet aud pro haut, Tom. II p. 413, l. 6; scriptum porro erat gra' sive gra˜ = gradu; *stantes* etiam Ritter.

Cap. XXXVII. Miror Or. e Puteolani emendatione edidisse: POSTQUAM SILVIS APPROPINQUAVERUNT, COLLECTI PRIMOS SEQUENTIUM, INCAUTOS ET LOCORUM IGNAROS, CIRCUMVENIEBANT.

ΓΔ habent: *appr. etc.* (sic Δ, *ntem* Γ teste Maggior.) *primos sequentium incautos collecti et locorum ignari* («sic» Or. addit).

Pro *ignari* requiri *gnari* vidit Dronke; sic Tom. II p. 242 l. 10 M habet *ignarus*, quod recte Rhenanus mutavit in *gnarus*; et Tom. I p. 106, l. 15 *gnarus*, quod *ignarus* esse debet. «Sed vel haec compositio *collecti et locorum gnari* admodum inconcinna est» Or. Bona verba, quaeso! Sed iam vulnus, quod in v. incautos latet, sanandum est. Emendandum esse credo incautIUs. Singula explicemus. *Circumvenie*bant = circumvenire studebant cf. Herzog. ad Caes B. G. p. 170, Bremi ad Suet. p. 10, aut circumvenire incipiebant cf. Fittbogen ad Iust. p. 386; *collecti* = postquam collecti erant; *locorum gnari* = utpote qui locorum gnari essent. *Incautius* cum *sequentium* iungatur necesse esse non est, quod moneam. «Quid autem in corrupto illo *item* in Libris post *appropinquaverunt* positum lateat exputare nequeo.» Or. Potest esse *item*, *idem* (= iidem), *iterum*. Quod postremum praefero; quamquam Or. «vix enim, inquit, substitui licet *iterum*, quod dubie suspicatur Dronke; etsi utramque particulam haud raro confundi notum est. cfr. Hand Turs. III p. 523.» Omnino *iterum* substituendum est idque cum circumveniebant coniungendum referemdaque sunt haec verba ad illa, quae paullo ante leguntur: «*et circumire terga vincentium coeperant.*»

Cap. XLIII. NOBIS NIHIL COMPERTI, AFFIRMARE AUSIM.

Acidalius non male, QUOD *affirmare ausim*. Sed vide, an non facilius UT exidere potuerit, ut vidimus supra in loco cap. XXVII.

Cap. XLVI. ADMIRATIONE TE POTIUS QUAM TEMPORALIBUS LAUDIBUS ET, SI NATURA SUPPEDITET, SIMILITUDINE DECOREMUS.

Quam Bipontini adiecerunt; Γ Δ non habent. Alii alia coniecerunt v. c. Lipsius *te immortalibus*; quae si cognoscere velis, lege Walther. ad h. l. Quid a Tacito scriptum sit, nemo adhuc vidit. Vide, an ego reppererim. Erroris caussa omnibus fuit, quod vocabulum *laudibus* explicuerunt de laudibus in sermonibus quotidianis Agricolae tributis: quo nihil falsius esse potest. Sed prius locum emendabimus, tum, quo modo explicandus sit, videbimus. Rescribo « — *potius, TE mEMoraBIlibus laudibus* etc. Syllabas medias saepe excidisse iam vidimus supra et videbimus saepius cf. e. c. Tom. II p. 473, l. 7; de vocab. *memorabile* cf. Corte ad Sallust. Catil. 4, 4 p. 29; *laudibus* non ad Agricolam referendum est, sed ad eius filiam et generum, ad Tacitum eiusque coniugem = recte factis, virtutibus cf. Forcel. in v. Inest in verbis elegans gradatio. Ab admiratione progredimur ad imitationem, ab imitatione ad similitudinem. Sed iam manum de tabula! Locus est pulcherrimus, cui longa explicatione ne vim nervosque detrahas, verendum est. Loci elegantia facilius intelligitur, quam explicatur.

Hoc loco omnes, quos philologos vocare solemus, oro rogoque, ut ad psychologiam, quam multi nimis despiciunt et contemnunt, omni studio incumbant et discant, eos se esse fingere, qui scriptores sunt (Cic. Fam. 3, 12, 2), quorum verba enarrant. Quot quantique sunt accuratae diligentisque psychologiae tractationis fructus!



CAPUT SECUNDUM.

Agitur imprimis de aliquot lectionibus, quas codex Perizonianus in Taciti libro «Germania» inscripto habet, sed Or. non reddidit.

Doleo et acerbe fero, quod Or. aliquot optimas cod. Periz. Germaniae a Tacito conscriptae lectiones in exemplum non recepit. Scriptoris verba integra ubique apponere non opus esse mihi videtur.

Cap. I. p. 331, l. 6 et cap. II. p. 333, l. 4 et 5 *plur*Is recipiendum est et illud *plur*E*sque*, quod cod. habet, iu *plur*I*sque* mutandum.

Cap. II. p. 334, l. 3, bona est lectio cod. UT *nunc,* quam in *ac nunc* Or. mutare non debebat. Si quid mutandum est, rectius ET *nunc* rescribendum est. Mutantur *ut* atque *et* e. c. Tom. I, p. 313, l. 1 *ut* cod. M. recte Rhenan. in *et* mutavit; Tom. II p. 76, l. 13 *a* habet *ut* pro *et*; p. 318, l. 10 M habet *et* pro *ut;* ib. p. 474, l. 2 P *et* habet pro *ut* ab Acidalio emendato cf. Ruhnk. ad Vell. p. 115 et Arntz. ad Paneg. p. 19.

Verba, quae sequuntur, *a victore* «ob sequens *a se ipsis* aliter explicare non possunt, nisi ὑπὸ τοῦ νικήσαντος, *von dem Sieger, par les vainqueurs*» Or. Sed quis est victor? an Romani?

Cap. IV. Ipse eorum opinionibus accedo; qui Germaniae po-

PULOS NULLIS ALIIS ALIARUM NATIONUM CONNUBIIS INFECTOS PROPRIAM ET SINCERAM ET TANTUM SUI SIMILEM GENTEM EXSTITISSE ARBITRENTUR.

«Noli cum Lipsio aliisque suspectum habere v. *aliis; est* pro vulgari nullis omnino aliorum.» Or. Vellem, attulisset exemplum loco, de quo agimus, similem. Donec id non fuerit allatum, locum corruptum esse affirmo; quem ita emendandum esse credo:

— — *populos nullis* UlL*is aliarum* etc. — Vocabula *ullus* et *alius* confundi docet Drakenb. ad Liv. Tom. p. II. p. 952 ed. Belg. et exempla iunctorum vocabulorum *nullus ullus* vide ap. Forcel. in v. *nullus*. Attamen verba non sunt premenda, quod propter Ritterum addo.

Ibid. p. 337, l. 6. *assuerunt*, quod P. habet, recipiendum.

Cap. VI. p. 339. l. 1, non est, quod *pluraque* P. spernamus; est restituendum pro *plura*.

Ibid. *atque immensum* recte P.; cf. loci ab Or. all. An. 3, 52; 4, 40; 6, 37; huc non quadrant An. 3, 30 et 4, 27.

Ibid. l. 10. Recte Or. pro *et quidem* P. scripsit *et quod*; idem erratum Tom. II. p. 75, l. 9 in *a b*, sed corr. in *b*.

Cap. VII. p. 341, l. 3 Recte Or. ex P. recepit: NEC REGIBUS INFINITA AUT LIBERA POTESTAS. cf. Hand Turs. I. p. 539, N^ro^. 5. Pessime igitur Bekkerus auctoribus Mureto et Wolfio verba «aut gaudium» An. 1, 16 seclusit, quippe quorum memoria fortasse exisset, quid *aut* valeret, cf. quoque. An. 15, 1.

Ibid. p. 341, l. 4. Male Or. — «FAMILIAE ET PROPINQUITATES.» Omnino ex P. recipiendum est: — «*fam*. AUT *propinq*. «Etenim,» ut Hand. Turs. I. p. 535. II. 1 ostendit, «quae in *aut* — *aut* aequa ratio conspicitur, in *aut* iniqua est, et quum in alterius locum alterum substituatur, potest illud ipsum pro primario haberi, unde fit plerumque descensus a maiore ad minus. Significat *aut* simplex *oder auch*, aut etiam.» Ubi a maiore ad minus descensus fit, dicere solemus *oder wenigstens*. Qui *et* scripserunt, Taciti cogi-

tationem non assecuti neque voluntatem interpretati sunt. Iam de locis, in quibus *aut* ex P. restituendum est, agens addam hic tertium locum, ubi Or. male ac pro aut, quod P. habet, rescripsit. Cap. XX p. 358. l. 9. « — — *nec ancillis ac nutricibus deligantur* » Or. habet; at P. « — — *n. an.* AUT *nut. del.* » Recte. cf. Hand. Turs. I p. 540, N^ro^. 8. Junge et non delegantur an. aut nutr., quod addidi, ne *nec* — *aut* = *nec* — *nec* h. l. valere credas, cf. Hand. l. l. p. 543 N^ro^. 9.

Cap. VII. p, 342, l. 1. Ex codice P. scribendum est *enumerare*, quod magis, quam *numerare*, in hunc locum quadrat. Mihi hunc locum legenti semper ante oculos obversantur feminæ, ut velut secum aemulantes inquirant, cuius quisve vir plura vulnera acceperit et tum ea digitis quasi computantes eum, qui commilitonibus plura accepit, magis, quam reliquos, verbis efferant et de iis gloriantes laudibus in astra tollant. Hanc sententiam sub v. *enumerare* subiciendam esse, iam nemo non videbit. cf. Propert. 2, 1, 44:

«Navita de ventis, de tauris narrat arrator,
Enumerat miles vulnera, pastor oves.» .

Cap. IX p. 343, l. 7. Velim aliquis denuo codicem Periz. inspiciat, ne dubius amplius haereas, uter verum viderit, Trossiusne, an Boeckingius (Ritterus cf. Or. praef. tom. II.) Si habet P., quod Boeck. affert, emendem h. l. sic: « — *fas habent*, UT *Herc. ac. Mart.* etc. sic e. g. *ut* pro *et* P., quamquam ab. al. m. *et* superser., Tom II. p. 366, l. 4 habet; *ut* cap. XXII Agr. ex Γ Δ Tom II p. 429, l. 12 pro *et* restituendum est, item Tom I p. 354. l. 6: *ut* ex M. Si verum est, quod Tross. habet, rescribam» — *habent. Martem placant*, UT et *Herculem; ut* omissum est e. g. Tom II. p. 47, l. 20. Paene malim NErtHUm (cf. cap. XXIX) rescribere pro Herculem.

Cap. X. p. 346, l. 10 recte ex P. Or., male Bekk. De vocabulis *non solum* usurpatis, ut interiecta videantur et oratio pergat non posito *sed* cf. Hand. ad Turs. IV p. 279 et Drakb. ad Liv. T. III p. 594 ed. Belg. Si quid mutandum est, malim «— *ap. plebem*, ET *ap proc.*», et = etiam, ut hic illic omissum ob antecedentem syllabam *em* cf. e. g. Tom II. p. 16, l. 12, ita et hic illic ex antecedente syllaba *em* temere additum est cf. Tom. II p. 83, l. 8.

Ibid. p. 347, 1 Tross optime *exploratur;* P habet *exploratur* = exploratur, sed lin. super litt *a* ab al. m. deleta est. Terminationes *atur* et *antur* saepe confunduntur cf. Tom I. p. 7, l. 18, p. 172, l. 6; p. 203, l. 11, Tom. II p. 104. l. 8, p. 200 l. 9; saepe male *ur* additum est cf. Tom. II p. 392, l. 11.

Cap. XIII. p. 350, l, 1; *propinqui,* quod P. habet, praeferendum esse videtur.

Cap. XV. p. 352 l. 10. Optime Or. «*non multum*» P. defendit: attamen *ib.* p. 353, l. 8 optimam eiusdem P. lectionem» *sed et* sprevit; quod omnino recipiendum esse docent, quae Hand. Turs. II p. 516 et IV p. 284 explicuit.

Cap. XX. p. 359, l, 6; rescribam » *tamquam ii* etIaM (nam *et an* cod. nihil aliud esse potest, nisi *etiam* cf. Tom. II., p. 256, l. 6.) etc; i͂, quod P. habet, = in; *in* et *ii* confunduntur, cf. e. g. Tom. I p. 28, l. 6; sed et *hi* esse potest, sic Tom. II p. 65, l. 15 distingui nequit, an *hi* an *In* habeat M; illud *i.*, quod P. in loco, de quo agimus, habet, potest esse et QUI = tam quam eos, qui.

Cap. XIX. p. 357, l. 8. Ego cum Lipsio pro *enim* rescribo *etiam* (*enim* atque *etiam* confundi docet Hand Turs. II, p. 578 et supra ad Agric. cap. 36) = atque etiam cf. Hand. l. l. p. 547, *ia sogar* nos dicere solemus: est descensus a maiore ad minus. Romanorum mores perstringi, quivis videt. Ita omnia recte se habent. Voc. *enim* qui in h. l. quadrare possit, non video.

Cap. XXI. p. 360, l. 5; habet P. *aliqua*, quod fortasse defendi potest iugendo conv. et hos. non eff. ind. aliqua gens; ita ut aliqua fere sit alia qua, quem ad modum plerumque explicant cf. Ruhnk. ad Vell. Pater. 1, 17; rectius vocabulum *aliquis* explicuit R. Klotz in h. v.

Ibid. p. 361, l. 5 Pervenimus ad locum vexatissimum «VICTUS INTER HOSPITES COMIS». Cuius quae sententia sit, iam explicandum est. Interpretes ad unum omnes in eo mihi errasse videntur, quod haec verba referunt ad ea omnia, quae praecedunt. Ego ea referenda esse credo solum ad verba: «*abeunti*...... *obligantur*»: *victus* = conversatio; *comis*, quod alii male in *communis* mutare volunt, explicem *unter herzlicher Hingebung dienstfertig und ungenirt:* comis «*materieller, als das syn.* humanus» cf. Doederl. 5, p. 5 sqq. Klotz in v. Romae Romanorumque victus longe alius erat, ac Germanorum, quorum utrorumque mores h. l. comparat Tacitus. Nam quis Romanorum invisens hospitem poscere solet ab eo aliquid, ut sibi concedatur? Et apud quem Romanorum moris est, abeunti hospiti, si quid poposcerit, concedere? Quis denique est Romanorum, qui nec data munera imputet nec acceptis obligetur? Perstringit lepide Romanorum mores. Or. explicatio item improbandă est.

Cap. XXV p. 364, l. 6. Omnino recipienda est lectio P: «UT *servus hactenus paret*» ut = licet, quamvis servus sit, tamen hactenus — cf. Hand. Turs. III p. 8 et 12 — paret, ut modum frumenti aut pecoris aut vestis domino pendat. Quod ne cui Romanorum mirum videretur, cum apud ipsos praeter illa officia etiam alia domino praestanda essent, iam rationem addit, cur haec alia servi non praestent. Haec enim cetera officia domus uxor ac liberi exsequuntur.

Cap. XXVI. p. 366, l. 3; P. habet *laborar'* superscr. *labor':* in quo fortasse latet laboraNDO sive laboraNTES.

Ib. l. 4; habet P *ut* superscr. ab al. m. *et*. Or. hic illic

«Praestat,» inquit, «in Tacito variatio«, qua ratione inductus ego h. l. *ut* recipiendum esse credo.

Cap. XXVII. p. 267, l. 1; ut h. l. *observant,* ita p. 366, l. 1 invicem et p. 374, l. 7. *Usipi* ex P recipiendum est.

Cap. XXX. p. 373, l. 11; *absolverit* P. praefero, cf. Kuehner gr. lat. p. 412, Nro. 2, ed. II.

Cap. XXXIII. p. 375, l. 9; si P habet revera *urgentibus* IAM *imperii fatis*, non omittendum esse credo: quod post pauca verba repetitur, non idonea vocabulum spernendi caussa est. cf. Or. Tom. II, p. 51, l. 18;

Cap. XXXV. p. 377, l. 2; Quod primitus in P fuit *maluit* recipiendum est = usque ad hoc tempus certe maluit.

Ib. l. 6. Licet solus habeat P. ET *si*, vulgato *ac si* praefero.

Cap. XXXVII. p. 380, 5. P. habet *rursus inde pulsi î proximis temporibus,* unde rescribendum esse credo *rur. inde pulsi in prox. temp.* cf. Tom. I. p. 156, l. 12 M. habet ex corr. î; Tom. II., p. 240, l. habet tum imorem pro tum in morem.

Cap. XXXVIII. p. 381. Ut lin 2, si *vis* ab eadem manu superscriptum est, *quamvis* praefero; sic l. 6 *in ipso vertice* omisso *solo* ab al. manu superscripto recipiendum esse credo.

Ibid. l. 7. Si quid mutandum, malim pro *sequuntur* rescribere SIBI *plectunt* —, ac: *ur* ortum esse potest ex sequente ac; sic Tom. I. p. 212, l. 8, M habet *credetur;* pro quo cum Mureto *cresceret* omnino rescribendum est; mediae syllabae saepissima exciderunt; terminationem *ur* ex *ac* ortum esse credo; posito post cresceret puncto *ac* ea, quae sequuntur, adnectit prioribus ibique erit = et adeo cf. Hand. Turs. Tom. I. p. 483, Nro. 19.

Cap. XLIII. p. 387, l. 6 et 7; OMNESQUE HI POPULI PAUCA CAMPESTRIUM, CETERUM SALTUS ET VERTICES MONTIUM [IUGUMQUE] INSEDERUNT.

«*Iugumque*, quod servant Codd., etiam P. Unus Arund.

iugaque. Recte seclusit B., quem G. et Grim. secuti non sunt.» Or. At verticem et iugum inter se differre docet e. c. «Petron. Lat. 122: *rupta tonabant verticibus lapsis montis iuga. Iugum* proprie non significat summum verticem, sed dorsum montis vertice inferius et colles minus assurgentes.» Forc. Si quid mutandum est, *iugum*Ve malim rescribere. *Que* et *ve* mutari docet Drak ad Liv. III. p. 844 ed. Belg., Arntz ad Paneg. p. 223.

Cap. XLV. p. 390, l. 7; recipiendum est *emergentis*, quod P. habet male ex Or. quidem sententia, bene ex mea et confirmatur locis, quos Or. ad h. l. affert.

Ib. p. 392, l. 10; cum P. legendum esse credo *Suionibus Sitonum gens continuatur. cetera* etc. *similes* sc. Suionibus, *differunt* sc. Sitones a Suin.

Ib. l. 12. Recipiendum est ex P. *degeneratur.*

Cap. XLVI. p. 393, l. 4; SORDES OMNIUM AC TORPOR: PROCERUM CONNUBIIS MIXTIS NONIHIL IN SARMATARUM HABITUM FOEDANTUR. Interpretum coniecturas et explicationes vide ap. Walth. Ego hunc locum rescribendum esse credo: *Sord*E *omnium ac torpo*RE *procerum connubiis mixto*RUM *nonihil* etc. Singula iam videamus: *sorde*, ut littera s ante vocales hic illic omittitur cf. Tom. II. p. 6, l. 7, p. 32, l. 12; ita et additur Tom. II. p. 74, 3; 96, 13; p. 165, l. 14; p. 169, l. 5; p. 276, 9; *torpore* scriptum erat torpor' cf. Tom. II. p. 363, l. 3; *connubiis* = filias Sarmatarum uxores assumendo; *mixtorum*, sc. cum Sarmatis, quod ex sequente Sarmatarum repetendum est. P. habet *mistos*, pleriqne libri *mixtos;* scriptum erat mixtor' (= mixtorum), quod in mixtos', dein mixtos corruptum est; *s* et *r* saepissime mutantur cf. v. c. Tom. II, p. 505, l. 14 et Drakb. ad Liv. Tom. V p. 437 ed. Belg. Ut syllaba *um* h. l. omissum, ita Tom. II p. 368, l. 1 temere additum et ex P. *auctor* reddendum; Tom. II, p. 100, l. 4. M. habet auxiliarios, sed ab ead. manu û = um superscriptum et omnino

syllabarum finalium compendii caussa omissionem librariis in casu vocum caussam errandi fuisse docet Drakb. ad Liv. Tom. III, p. 992 ed. Belg. Ablativis sorde ac torpore etc. rationem reddi, cur in habitum Sarmatum foedentur, vix est, quod moneam.

Cap. XLVI. p. 394, l. 1. «Sola in sagittis spes». At P. cum plerisque habet solaE, quod aliquot receperunt cf. Walth. ad. h. l. Sed vide, annon recte rescripserim: *Sola* ET *in sagittis* spes. Littera *e* saepe ex prima sequentis vocabuli litera a, e, i etc. orta temere addita est c. Tom. I p. 12, l. 8; p. 626, l. 12; Tom. II p. 198, l. 14. Attamen si, quae totius loci ratio sit, perspexeris, h. l. particulam *et*, de qua cf. Hand. Tom. II p. 520. Nro. 16, necessariam ese concedes. Tom. II, p. 466, l. 2 recte Seeb. auct. Tr. et D. scripserunt lorica et gladius pro loricae gladius P. cf. Tom. II, p. 97, l. 1; et pro e habet v. c. M. Tom. II, p. 96, l. 16; p. 100, l. 14; non mutandum est e. c. Tom. I, p. 16, l. 20; p. 154, l. 1; p. 339, l. 1 etc. sed de eo infra pluribus.

Ibid. l. 7. Difficilem, quod P. habet, reddendum est., uti p. 455, l. 5 comploratus ex ΓΔ pro compositus.



CAPUT TERTIUM.

Agitur de locis, qui in Taciti libro «DE ORATORIBUS DIALOGUS» *inscripto leguntur, corruptis emendandis et explicandis.*

Huius libri auctorem Tacitum esse, mihi semper persuasuadebatur. Quod h. l. argumentis comprobare quia et a consilio nostro abhorret et iam ab aliis v. c. Orelli (cf. quae affert in excursu ad. h. l.), Baehr. Ges. d. r. L. II p. 330 ed. III etc., factum est, statim ad locos corruptos h. l. emendandos explicandosque progrediamur.

Scriptoris verba integra non ascribam, ut et chartae et tempori parcam.

Cap. I p. 460, l. 2 *appellemus*, P. = wir duerften wohl nennen; p. 477, l. 17 *videantur* P. = scheinen duerften praeferimus; p. 483, l. 18 recte Or. ex P. *videatur* recepit; infra *interroges*.

Ibid. l. 11. Ego cum Mosero — cf. Walth. ad. h. l. — transpono verba et rescribo: «*cum singuli vel easdem, vel diversas, sed*» etc. Librarius omisit signa apponere, quibus haec verba transponenda esse significaretur; apposuit p. 490, l. 3. Sua quisque afferebat argumenta, quibus suam sententiam tueri studebat, v. c. Maternus et Messala partim easdem caussas ad, id quod affirmabant, stabiliendum proferebant, partim diversas e. g. (cf. Walth. ad. h. l.) Messala caussas corruptae eloquentiae repetebat ex corruptis

moribus et mala disciplina, Maternus ex eo, quod ob temporum quietem eloquentia obmutuerit necesse erat, manare putabat: quorum utriusque argumentum erat probabile. Qui factum sit, quod partim easdem, partim diversas caussas, quibus propositam sententiam tuerentur, proferebant, explicatur verbis «*dum redderent.*» Possunt duae res aequales, inquit Hand. Turs. II p. 317 Nro. 5, ita conferri, ut simul nexus appareat interior, quo altera res aut condicionem adiiciat alteri, aut caussam rei actae in tempore designet.» Hinc recte Or. ad h. l. «*dum = ita quidem, ut*» Interpretor: So zwar, dass ein ieder zugleich ein treues Bild von seiner eigenthuemlichen Gemueths—, und Geistesrichtung gab.

Cap. III. p. 462, l. 7. In participiis ἀσυνδέτως coniunctis offendere non debebant; cf. quae scripsi ad Agric. cap. XXV.

Ibid. p. 463, l. 1. Leges *tu*, quid etc. ex P. et Vat. trib. reddendum; hic illic omissum est *tu* cf. Tom. I p. 521, l. 6.

Cap. IV. p. 464, l. 10. Nescio, cur pronomini «*iste*» adeo succenseat Or., ut ubique fere eiecerit, quamquam P. habet. cf. p. 467, l. 1; p. 472, l. 17; p. 474, l. 17; et 17; p. 483, l. 1; p. 484, l. 16; p. 488, l. 4; p. 497, l. 16; in allatis locis vocab. *iste* etc. neque erasum est, neque ab. al mauu superser. *ille* etc. et *iste* etc. punctis notatum; — p. 477, l. 14 et 17, p. 481, l. 8, p. 523, l. 11 punctis subnotatum et ab al. m. supersc. illos; — p. 478, l. 6 erasum est, sed ab al. m. repositum, ib., l. 7 illos eraso istos; — 489, l. 11 illa, sed fortasse fuit ista, p. 493, 4 illos (videtur istos), p. 309, l. 15 illud, in rasura fuerat istud; — p. 464, l. 6 recepit Or., p. 495 l. 11 pessime eiecit; p. 488, l. 1 P. habet illud; p. 504, l. 16 ille in P. est in rasura. Sed haec hactenus; videant alii, quid de pronomine *iste* in locis allatis faciendum sit. — Germ. cap. X p. 346. l. 11. P. habet istos, ab al. m. illos supersc.; praestat istos, loquitur ibi Tacitus e persona procerum et sacerdotum.

Cap. V. p. 464. l. 13 recipiendum est *his* ex P. Ut in

iste et ille, ita et in *is* et *hic* in Taciti libris magna variatio est ap. editores; vid. infra.

Ibid. l. 13 *se* ex errore in PD omissum est et restituendum cum Pithoeo et Bekk.

Ibid. p. 465, l. 4 habet P. *possit. et ego.* «male repetito *et* ex versu praeced. Emend. Ern.» Or. — Quin immo emendandum in *At*, ut iam Bipontini fecerunt. Sic Tom. II, p. 8, l. 9 pro *et*, quod M habet, malim *at* rescribere, quam *sed* a Rhenano emendatum recipere.

Ibid. l. 8, *necessitudines*; «habet *necestitates* superscr. *nationes* P., ex qua ipsa διττογραφίᾳ per syll. *iones* apparet in Ioviani archetypo aliquid fuisse, quod propius accederet ad v. *necessitudines* cod. F. et vat. 4498, quam v. *necessitates*» Or. Certe nihil aliud, quam *cognationes*; quod P p. 498, l. 5. corruptum offert in *cogiationem*, emendatum tamen iam a Beroaldo.

Ibid. p. 466, l. 6, mihi praeferenda videtur Doederl. coniectura *qu*I EA *accinctus* pro *qui*, quod P. habet ab Ursino et Acidalio in *qu*A emendatum et ab Or. receptum; *ea* e. c. omissum est Tom. I. p. 174, l. 2, sed a Ferreto insertum et *eum* Tom. I. p. 532, l. 2; sic porro Tom. I, p. 539, l. 1 malo *ea* absorptum a syllaba sequente inserere, quam *et*, quod M habet, cum Lips. in *ea* mutare.

Cap. VI. p. 467, l. 7, *Quod id gaudium* etc. habet P. Or. c. Walthero omisit. At male. Rescribendum esse credo *Quod* ET *gaudium* etc.; *et* = *et ad hoc* s. *et similiter*, s. *praeterea* = *und dazu* s. *und auch* s. *und zugleich*: cf. Hand. Tom. II. p. 505, Nro. 1.

Ibid. p. 467, l. 9.» .... *et accipere affectum*, *quemcumque orator indueret!*» At codex optimus P. quid habet? *Quandocunque*. Optime. Sed quia in loco corruptela est, quam non viderunt interpretes, ex F (mg. P. quacunque) quemcumque rescripserunt. Male! — Restitue *quandocunque* emendatione mea *affectu*S recepta. Plurativo numero abstractorum

nominum designari plura genera (plures species) et partes vel diversas status nominis abstracti, notum est. Scriptum fortasse erat *affectû* vel tale quid; inde corruptio orta est; *m* et *s* in fine vocabulorum mutari notum cf. Tom. I. p. 187, l. 13; Tom. II. p. 308, l. 8. — *Induerit* sc. eos.

Cap. VII. p. 468, l. 11. Si coniecturis aliam addere licet, proponaem:.. .. quod si non in UTERo oritur, nec etc.

Ibid. p. 468, l. 12 seqq. QUID, FAMA ET LAUS CUIUS ARTIS CUM ORATORUM GLORIA COMPARANDA EST, † QUI NON ILLUSTRES ET IN URBE NON SOLUM APUD NEGOTIOSOS etc.

Haec est optimi cod. P. lectio, at corrupta. Longum est et enarrare et refutare interpretum coniecturas, quas vide ap. Walth. et Or. Corruptionis sedes est in vocabulo *et* quod temere eicerunt interpretes. Si praecedit vocabulum finiens in *s* et sequitur vocabulum a *s* incipiens, posterius saepe omittur, hinc saepissime et pro set = sed in codd.; *e* et *c* mutari notum cf. Tom II. p. 27, l. 7; p. 292, l. 4; et atque ent, it atque int saepe confunduntur cf. Tom. II p. 19, l. 5 hinc rescribendum esse credo illustres SINT; scriptum fortasse erat sît (legimus sût puncto subnot. = sint cf. Tom. II. p. 508, l. 21, p. 509, l. 4, excidit sit ob sequens si Tom II p. 460, l. 5), sed absorpto *s* et ductu literae *i* inter *e* et *i* ambiguo ortum est *et;* (sit ne mutetur Tom. II p. 19, l. 5.) Mutantur *et* atque *est* v. c. Tom. II. p. 6. l. 19. Porro unum *non* sive illud ante illustres (Doederl.), sive ante solum (Bekker) delendum est. Non longe tamen absum, quin rescribam: ..... qui *non* IN*illustres* SINT *in urbe*, non solum etc.; *in* omittitur hic, illic cf. Tom. II p. 3, l. 3; et id hoc loco facilius fieri potuit, quia fortasse, ut e. c. Tom. I, p. 8 l. inlustriores scriptum erat, signo ¯ syll. *in* apposito, quo eius geminatio significaretur, omisso. Sed verens, ne novandi studium mihi crimini detur (nam vocabulum *inillustris*, quantum ego scio, apud nullum scriptorem legitur) me acutiores rogo, ut sententiam de mea co-

niectura ferant. Inest in ea sententia, qua nihil in h. l. melius quadrare potest. *In urbe*, describit iam per partes non solum apud negotiosos etc. In toto loco inest gradatio: *in urbe — Advenae quoque et peregrini.*

Cap. VIII. p. 470, l. 2. *alterius* = ἑτέρου τινός, cum despicientia quadam dictum esse mihi videtur.

Ibid. p. 471, l. 5, *intelligit et cet.* ex P F reddendum.

Cap. IX. p. 472, l. 9. *si amicus* EST habet P.; *eius* FBD, recte reddendumque est. P. *est* ortum est ex criptura ei' = eius cf. Tom. I p. 64, l. 4; *i* transiit in *t* cf. Tom. I p. 125, l. 12, p. 509, l. 15, ut saepe *t* in *i*.

Cap. X. p. 474, l. 11. Male Or. recepit Acidalii coniectur, *adepturus;* optima ideoque reddenda est lectio PFBD adeptus.

Ibid. p. 475, l. 5..... MEDITATUS VIDERIS † AUT ELEGISSE PERSONAM etc. Or. «*Forte v.* UT *elegisse.* = quasi dedita opera elegisse.» Quod qui probari possit, non video. Ego malim: *v.* ET *elegisse.* De vi voc. *et* cf. Hand Turs. II p. 520, Nro. 29. *Aut* atque *et* sexcenties confunduntur.

Ibid. l. 7. «.... HINC INGENTES † EX HIS ASSENSUS. In illis verbis *ex his* mihi quidem nihil exquisiti inesse videtur, est mera, ut aiunt philologi, glossa vocab. *hinc.* Optima coniectura fortasse est Murcti probata a Doederl. Si vera est, ortum esse videtur vocab. *ex his* eo, quod ultima syllaba verbi excidit, ut v. c. Tom. II, p. 167, l. 12 etc.

Cap. XI. p. 476. Pervenimus ad locum difficillimum: EGO AUTEM...., CUM QUIDEM IN † NERONEM IMPROBAM etc. Nemo, quantum quidem scio, huc usque plane et perspicue explicuit, qui Maternus tragoediarum recitatione Vatinii potentiam fregerit. Donec id factum non erit, a Materno id unquam praestitum esse praecise nego. Ego transpositione, cui quidem alioquin non magnopere faveo, locum sanandum esse puto et quidem sic: *Ego autem.... fortasse possum (cum quidem in Neronem.... fregi), ita recitatione....*

famam auspicatus sum, et hodie etc. *Et* ante hodie omittit P., hinc suspicor, illud *sum* post meditatus ortum esse ex syllaba ultima *us* et in exemplari, ex quo P. descriptus est, verba ita esse collocata, ut ego collocanda esse dixi; et a librario P errore oculorum transposita signumque, quo transponenda esse vocabula significaretur, omissum esse. Vocabulis transpositis atque vocabulis *et* ab interpretibus ante hodie addito et *sum* deletis, illud *et* ante ingredi habet eam vim, qua plus aliquid significat, quam *etiam* cf. Hand. Turs. II. p. 520, Nro. 16. Maternus igitur significat Apro, se, ut Aper iam dixerat, in caussis agendis fortasse efficere aliquid et eniti posse, cum quidem etc., etc. Vatinii potentiam fregisset, sed gloriam potentia Vatini fracta partam flocci aestimare, veram gloriam (famam) tantum recitatione tragoediarum ingredi se auspicatum esse. Inest lepida et urbana irrisio Apri, qui de gloria eloquentia sola paranda mente vehementer incitatus locutus erat. Quodsi totius sermonis contextum usque ad h. l. accurate perspeneris, fortasse me verum non praetervidisse confiteberis. Transpositionem verborum errore librariorum oriri potuisse et ortam esse, mihi quidem certum est. Sed videant me acutiores, quid de h. l. faciendum sit.

Cap. XIII. pag. 479, l. 11 ....RELINQUERE, QUANDOQUE † ENIM FATALIS ET MEUS DIES VENIET. etc. Cur hic locus corruptus sit, non perspicio. Ego ita interpungo ....relinquere, (quandoque.... veniet) statuarque etc. *Quandoque* = aliquando; tum iunge *et fatalis meus dies*; *et* = etiam; *veniet*, habet P. *veniat*, sed litt. *et* supers. ab ead. m., ut videtur. Quotiescumque h. l. lego, semper, nescio qui, recordor eius, quod ap. Hom. legimus, ἔσσεται ἦμαρ etc.

Cap. XV. p. 482, l. 3 «....CONTENDERES; ATQUE ID EO, CREDO, AUDACIUS, QUOD etc. At quid habet optimus P. ....contenderes antiquis eo, credo, audacius? «Emendavit Lipsius» Or. Quin immo depravavit. Si quid mutandum esset, malim

adeo pro *eo* rescribere: sed quia sana sunt omina, mutatione non opus est. Iunge et explica ....contenderes, antiquis (i. e. quam antiqui) eo (= propterea), credo, audacius sc. contenderes, quod etc. Sententia est: tale quid, quale tu nunc affirmare ausus ès, nunquam antiqui in ea, qua tu es, condicione versantes contendissent.

Cap. XVII. p. 484, l. 16; male Or. *illum* scripsit pro istum P.

Ibid. p. 483, l. 8, «... IDEM CAESAREM etc.» at P. habet *et quidem*, ego credens *hic* excidisse rescribo *et* HIC *quidem*.

Ibid. l. 13, male Walth. et Or. punctum ponunt post duravit, semicolon sit necesse est.

Accedimus ad locum corruptissimum:

Cap. XIX. p. 487, l. 10: NAM QUATENUS ANTIQUORUM ADMIRATORES HUNC VELUT TERMINUM ANTIQUITATIS CONSTITUERE SOLENT, QUEM USQUE AD CASSIUM SEVERUM FACIUNT, QUEM PRIMUM AFFIRMANT FLEXISSE AB ILLA VETERE ATQUE DICENDI DIrECTA VIA, NON INFIRMITATE INGENII etc. Interpretum coniecturas et explicationes vide apud Walth. a. h. l. Quid P. habet, videamus: pro *quem usque* P *q usque*, prius *q* cum linea transversa eidemque superscr. *an; Cassium Severum faciunt*, P. *Cassium quem reum faciunt quem.* «Correxit (!?) Puteol.» Or. Codicem optimum sequens totum locum sic rescribo: *Jam*, *quatenus..... solent*, EGO *usque*QUAQUE ET Cassium, quem reum faciunt, quem primum etc. *Jam; nam* et *iam* saepe confunduntur; sic Tom. I. p. 483, l. 13 pro *nam* malim *iam:* saepius excidit, ut infra videbimus. Illud *q*, quod P habet ante *usque*, corruptum est ex *ego*, excidit *e*, absorptum est a sequente *u* litera *o*, sic remansit *g*, aut librarius P. in exemplari legere non potuit excepto *g* in *q* mutato (cf. Tom. II. p. 303); *usque*, pars posterior excidit; *ad, at*, *ut*, *et* saepe confunduntur.

Ibid. l. 11. P optimus recte habet *ista*, ut et p. 489, l. 41.

Ibid. p. 419, l. 6. Recte habet P AUT *legibus*, est enim descensus a maiore ad minus, ut dixi ad Germ. cap. VII.

Cap. XX. p. 490, l. 8. Optimus P habet *nec solum;* optime ! estque reponendum, *nec* = et non; attendas velim ad *non solum, sed etiam* cf. Hand. Turs. IV, p. 284.

Ibid. l. 11. Optimus P. habet *exercetur*, quod reddendum; illud *exigitur* ab omnibus receptum a loci sententia alienum est. Probare vult Tacitus id, quod dixit.... *et poetico cultu enituit.* Revera poetico cultu enituit; exercetur enim etc.

Venimus ad locum item corruptissimum

Cap. XXI. p. 491, l. 7. «NEC UNUM DE POPULO † CANUTI: AUT ATTI DE FURNIO ET TARANIO QUIQUE ALIOS IN EODEM VALETUDINARIO etc. Haec est lectio optimi P corrupta. Interpretum coniecturas et explicationes vide ap. Walth. et Or. Totum locum rescribo: *Nec* SunT *tamen* de populo Canuti *aut Atti* CUM *Turnio et Toranio et qui*S*qu*IS *ali*Us *in eodem* etc. *Nec sunt* voluit etiam Schneider cf. Walth. ad. h. l.— *s* excidit, ut saepius; tamen corruptum in tam, et hoc in um *s.* im: *De populo* cf. Hand. Turs. II p. 197; illud *de* ante Turnio ortum est ex scriptura cu'; *et* ob ultimam syllabam vocabuli Toranio excidit; *quisquis alius*, sic Tom. II, p. 465, l. 5: *quisque et quisqnis* saepe confunduntur in codd., sic Tom. II, p. 89, l. 10 M. quisque habet pro quisquis; *alius*, frequentissima syllabae *us* in *os* mutatae exempla.

Ibid. p. 492, l. 7. «SORDES VERBORUM ET HIANS COMPOSITIO ET INCONDITI SENSUS etc.

Attamen optimus P habet *sordes regulae verborum* etc. Hinc rescribendum esse credo sordes ET *re*LIqulae verborum; *et* excidit ob antecedentem syllabam *es* cf. Tom. II, p. 16, l. 12; medias syllabas saepe excidisse iam aliquoties notavi et luculentissimis exemplis infra ostendam; *g* et *q*, ut *i* et *l* mutari notum est; voc. *reliquiae* significat

quoqne excrementa alvi cf. Senec. Const. Sap. cap. 15. Acerbissime loquitur Aper.

Ibid. p. 492, l. 14. ..... FATENTUR. NISI FORTE QUISQUAM AUT CAESARIS PRO DECIO.... LEGIT, † NISI QUI ET CARMINA etc.

Omissis aliorum violentis coniecturis, iam accipe, quid mihi de h. l. videatur. Rescribo: *fatentur*, *nisi forte quis, quI aut.... legit*, nisi *qui*S et carmina etc. Inest in h. l. anaphora ironiae plena *nisi forte* etc. *nisi quis; et* = etiam, ut saepius cf. Hand in v.; *quisquam* male vocabula coniuncta sunt et *qui* in *quam* mutatum, ut hic illic; *qui* et *quis* confunduntur saepissime.

Cap. XXII, p. 494, l. 2. «LOCOS QUOQUE.» At P habet *locosque*. Recte! «Saepe *que* enumerandi vim habet, maxime in enumerandis pluribus rebus» Kuehn. ad Cic. Tuscul. 3, 3, 5 p. 244 ed. III.

Ib. l. 5. Optime P habet *est;* male editores *esset:* sic ex M Tom. I, p. 92, l. 16 *est* restituendum.

Ibid. l. p. 495, l. 3. «.... VERBUM VELUT RUBIGINE etc.» At quid optimus P? «*qd* (*d* cum lin. transversa) superscr. *vel* P «Or. Hinc rescribo:..... *verbum Aliq*UO rubigine etc. *ali* saepe omittitur, saepe *quid* et *quo* confunduntur.

Cap. XXIII. p. 495, l. 11. «.... OCULOS QUI etc.» At quid optimus P? «*oculos isti*, *qui.*» Recte recepit Tross.

Ib. p. 496, l. rescribe ex P. *istam ipsam.*

Ib. l. 4. «SANITATEM NON FIRMITATE, SED etc.» At P? «... *s. non infirmitateq'*, sed ieiun.» Rescribendum igitur cum optimo P. «*s. non infirmitate* QUIDEM, s. i. etc.

Ibid. l. 5 Praestat quod habet P *nostrorum* ex archaïsmo data opara a Materno adhibita.

Cap. XXIV, p. 497, l. 9. «... CUR IN TANTUM etc. At P. *cur tantum* etc.» At fortasse «p. 508, l. 7,» inquies, «optimus P habet *in tantum*, ergo etc.» At nonne et hic «praestat variatio»? Et ego nunc dico «*so weit*», nunc «*in so*

weit.» Dicat igitur Tacitus nunc «*tantum*», nunc *in tantum!* Caveamus, ne Heinsii evadamus!

Cap. XXV, p. 497, l. 16 praestat *istos*, quod P. habet.

Ibid. p. 497, l. 18 «.... REPUGNO, SI COMINUS FATETUR etc.» Optima coniecturarum ab interpretibus prolatarum est Pithoei «*si communius fatetur.*» Mihi rescribendum esse videtur:.... *repugno*, IN QUA INGENU*us; si* et *in* mutantur hic illic; P. habet *cominus* syl. *co* supers. *quo;* syll. *que, qua* etc. et *co* hic illic mutantur cf. Tom. I, p. 49, l. 12; p. 425, l. 5; Tom. II, p. 514, l. 21, illud *m* post syllabam *co* in *cominus* ortum est ex mala scriptura syll. *in*, ut saepius; *inus* = iGEnUus; medias syllabas omissas esse saepius iam dixi cf. e. c. T. I, p. 28, l. 4; literae *uus* scriptae erant ûs, et signo ˜ ex errore omisso us remansit; *ingenuus* = *als ein aufrichtiger Kerl* nos cum amicis loquentes dicere solemus; apud Horat. ep. 1, 6, 67 *candidus* legimus.

Cap. XXVI, p. 499, l. 15 «TEMP. NOST. ACTORES etc.» «*autores* litt. *u* puncto subnotata et superser. *c* P.» Or. Sed quid h. l. *actores?* Verum vidit Schultingius *rhetores* substituendum putans. At ego ORATORES rescribere malo, quippe quod propius ad lectionem P. accedit; illud *c* superscr. fortasse est *a*.

Ibid. p. 500, l. 4. «UNDE .... PRAEPOSTERA, SED TAMEN FREQUENS † QUIBUSDAM EXCLAMATIO etc.» P. (ut omittam aliorum tentamina) habet *frequens his clam et exclamatio:* F. *frequens sicut bis cta et exclamatio.* Quia plerumque in h. dial. duo substantiva, adicet. etc. duobus aliis vel apponuntur, vel cum iis comparantur, ita et h. l. adiectivum, quod in corruptela latet, eruendum est. Rescribo.... frequens his et GRATA sive COMPROBATA: mihi praeplacet *grata*, *c* et *g* mutari notum cf. Tom. I, p. 49, l. 4; medias syllabas omissas esse saepius iam dixi: mutatio *l* in *t* facillima est; *m* in clam (P; *ita* F) ortum est fortasse ex signo ˜ male addito

exemplari, ex quo P descriptus est, *et* transpositum ex errore, ut pag. 501, l. 7 in P.

Ibid. l. 17 habet P. *non:* si quid mutandum malim *nec* et inter conatus ac neminem *et* interponere; nec — et = non modo non, sed s. sed etiam cf. Hand. Turs. IV, p. 133 N^ro^. 11 sqq. et Bremi ad Sueton. Octav. 45, p. 164.

Cap. XXVII, p. 501, l. 9. P, habet *nam et;* FD *nam nec* quod mihi, ut aiunt, glossema redolere videtur: aut excidit *non* ante offendi ob antecedens vos, ut e. c. Tom. I, p. 378, l. 5; aut *Dedecebit:* scribendum, sic Tom. II, p. 32, l. 3 M *decus* habet pro *dedecus;* ibid. p, 42, l. 1 M (in fine quidem versus) habet *signatum* pro designatum. At adhuc et aliud latet vitium in h. l. Mirus h. l. sententiarum ordo: *Non sum* etc.; *nam* ...., *cum.* Emendandum est *Iam;* de iam et cf. Hand Turs. III, p. 138, N^ro^. 15.

Iam de toto h. l. pauca dicenda sunt. Quae praecedunt, recte ex P. et Doederleini coniectura Or. restituit; attamen peccavit in eo, quod recepit languidum illud *dixisti*, quod «e quodam libro» («?» Or.) inseruit Lipsius. Maternum loquentem interpellat Aper, ita ut Maternus orationem absolvere non possit. Hinc post vocabulum lacessendo apponendum est signum orationis praecisae.

Cap. XXVIII, p. 502, l. 4. P. habet *iis*, qnod male in his mutavit Or. — p. 464, l. 13 P recte his, male Or. iis p. 471, 5 P, his, et Or. iis; p. 479, l. 3 ii P et Or.; p. 481, l. 8 iis P et Or.; p. 504, l. 11 iis P, his Or., p. 505, l. 4 his P, iis Pr., p. 506, l. 5 iisque P et Or.; p. 509, l. 6, ii P, hi Or.; p. 512, l. 13 hic P et Or., p. 515, l. 9 his P et Or. p. 521, l. 10 iis P et Or. p. 522, l. 12 iis P et Or. Vellem Or. explicuisset, quam rationem in hac re secutus sit.

Cap. XXIX. p. 503, l. 3 «....ET ERRORIBUS TENERI etc.» At optimus P habet: ...*et erroribus et virides teneri;* voc. *et virides* linea *ab al. m.* sunt deleta. Male; *teneri* h. l.

substantivum est cf. Iuven. 14, 215 et Claudian. Laud. Stil. 2, 59 ap. Forcel. in v. Confirmat emendationem dicendi genus, quo Tacitus utitur.

Ibid. p. 503, l. 11 «inveneris P, sed *r* deletum est» Or. Sed ab eademne m. an ab alia? Futurum mihi praestare videtur.

Cap. XXXI. p. 505, l. 8 delend. *ipsa*, quod P omisit.

Ibid. l. 20. P recte *fidem*, quod haud prorsus improbat Doederl.: est reddendum.

Ibid. p. 506, l. 6: «NEQUE ENIM.... STOICORUM † ARTEM etc.» Alia alia coniecerunt cf. Walth. ad. h. l. Ego rescribo *Stoicorum* M*a*GIS*t*RU*m*; *m* omissum ob antecedens m; mediae syllabae saepe exciderunt, ut saepius dixi; *r* transpositum est errore, ut hic illic haec illave litera; *m* signum, quo *m* plus, quam *m* esse, significaretur, omissum. Confirmat meam emendationem locus Quintil. ab interpretibus omissus. Hunc adscribam, qui commentarius h. l. sit. L. XII, cap. 2, p. 1063 ed. Bur.: Stoici sicut copiam nitoremque eloquentiae fere praeceptoribus suis defuisse concedant necesse est, ita nullos aut probare acrius aut concludere subtilius contendunt. Sed haec inter ipsos, qui velut sacramento rogati, vel etiam superstitione constricti nefas ducunt a suscepta semel persuasione discedere. Oratori vero nihil est necesse in cuiusque iurare leges. Maius enim est opus atque praestantius, ad quod ipse tendit et cuius est velut candidatus, si quidem est futurus cum vitae, tum etiam eloquentiae laude perfectus. Quare in exemplum bene dicendi facundissimum quemque proponet sibi ad imitandum; moribus vero formandis quam honestissima praecepta rectissimamque ad virtutem viam deliget etc.

Ibid. l. 8, P. omisit *civilis*, recte!

Cap. XXXII, p. 507, l. 2. P. recte *autem*, «quod non spernendum» Doed. — *Ibid.* l. 7. P. *iam.* Optime!

Cap. XXXII, p. 507; l. 12: ... IN ACTIONIBUS EORUM † VIS

QUOQUE QUOT. SERM., F. AC PUD. VITIA DEPREHENDAN. Si quid mutandum est et coniecturis coniecturam addere licet, rescribo eorum *vi*TIA ...... f. ac pudenda deprehendantur; vocabulum *vitia* post pudenda ex dittographia ortum est cf. Tom. II, p. 202, l. 7. Pro vitia post pudenda possimus ILLA s. ISTA rescribere. An malis: in actionibus eorum *is*TA *q. q. sermonis foed. ac pud. vitia?*

Cap. XXXIII, p. 509, l. 4 P. habet *dum*. Aut SOLUM (ut Dr.), aut ex omissione mediarum syllabarum et corruptione *t* in *d* cf. v. c. T. I, p. 68, l. 6; T. II, p. 23, l. 7 TANTUM rescribendum. *Dumtaxat* a Doed. et Or. propositum mihi displicet.

Ibid. l. 3 *usu* recipiendum cf. Caes. B. G. 2. 20, qui scientia et usu coniungit.

Ibid. l. 11. P Habet *tot aut reconditas tam;* ante *tam* ab. al. m. superser. *aut* P. Recte; rescribo «*tot aut reconditas* AUT etc. An forte illud *aut* ante tam ab ead. m. est? si non, facile certe ob antecedentem syllabam *as* et sequens *t* excidere potuit.

Cap. XXXIV, p. 511, l. 4 «.... *ut nec bene dicta dissimularentur* etc.» Emendo «*ut* NE *bene* etc.» Nos dicere solemus *damit doch ia nicht*. Hanc emendationem confirmat sententiarum nexus. Locus non est mancus: *nec* et *ne* sexcenties mutantur cf. Tom. I, p. 531, l, 1.

Ibid. p. 510, l. 1. P habet *propriae et ornaturum videntur; ornaturum* corruptum est ex *oratorum* litera *n* temere adiecta (cf. e. g. Tom. II, p. 25, l. 4), quod F habet; *et* mutaverunt «cum R. Agric, Walth. prob. Doed. in *esse*.» Or. Malim illud *et* (= etiam) servare optime in h. l. quadrans; si quid addendum est, post oratorum *esse* adiicerem.

Ibid. p. 510, l. 7. Male ex mea quidem sententia Bekk. correctionem Taciti verbis obtrusit; ego cum Walth. excipere ...., interesse praefero, quod tota huius loci ratio exigit.

Cap. XXXV, p. 512, l. 15 Male optimi cod. P. lectionem *etsi* tanquam (etsi punctis quidem notatur; sed ab eadem an ab al. m. non indicat. Or.) eiecit Or. etc. Recte retinuit Walth. etc. De vi voc. *etsi* cf. Hand. Turs. II, p. 601, Nro. 1.

Cap. XXXVI, l. «*cogerent* P, cuius varietatis nullum praeterea exstat vestigium. Orta fortasse ex. v. 16 *cogerentur*» Or.: immo vero ex confusione litterarum *c* et *r*, *o* et *e*, quae saepius invenitur.

Cap. XXXVII, p. 515, l. 6. Pro *manent* paene malim *latent:* at absit tanta corrigendi libido! — *ibid* «*cum maxime* superscr. *nunc* P.» Or. Recte; rescribendum est: et *nunc cum maxime;* hoc omnino exigit praecedens *adhuc.*

Ibid. p. 516, l. 11, «.... QUOQUE MAIOR ADVERSARIUS ET ACRIORES PUGNAS SIBI IPSA DESUMPSERIT, TANTO ALTIOR ET EXCELSIOR ET ILLIS NOBILITATA DISCRIMINIBUS IN ORE HOMIMUM AGIT etc. Interpetum coniectur. explicationesque vid ap. Walth. et Or. ad h. l. Optimus P. habet *quoque maior adversarius et acrior qui pugnas sibi ipse .... nobilitatis* (*ultimo i supercr. u; nobilitatus* F). Hinc rescribo *quoque maior adversarius* EST *et* acrior, *qu*EM OP*pugna*NDUM *sibi ipse desumpserit, tanto..... nobilitatus* etc.; *est* propter sequens et excidit; *quem*, scriptum erat quî ambiguo ductu inter *i* et *e*, signum ˆ e supersc. evanuit; *oppugnandum*, syllaba prima excidit e. g. Tom. I, p. 593, l. 14 pro *ûsa* M rescribendum esse credo *Affusa*; Tom. II, p. 3, l. 3; syllaba ultima excidit omisso signo ’ sive ˆ mutata *n* in *s* ut saepius; *desumpserit oppug.* cf. Liv. 4, 55: Duo singuli singulos sibi consules asservandos desumunt.

Ibid. l. 24 ego considerata totius loci ratione nihil excidisse credo, et in P non est defectus signum.

Cap. XXXVIII, p. 514, l. 15 unice vera est Acidalii emendatio *veritati*, pro qua P habet *ita erit* omissa *v* et literis transpositis.

Ibid. p. 517, l. 2 P. rec*te* *dicendo.*

Ibid, l. 8 non mutanda est lectio P optima *aliquorum*.

Ibid. l. 14 optima lectio P *maxima* reddenda est.

Ibid. l. 15 optime P F *videtur* habent, nihil mutandum.

Cap. XXXIX p. 518, l. 7 «FREQUENTER... SILENTIUM † PATRONUS IMPONIT. Corruptum est vocabulum; rescribendum esse credo: IM*p*OR*t*U*nus*; praecedente syllaba *um* absorptum est *im*; sic Tom. I p. 68, l. 14 scribendum est ab *imprudenti*; at in loco Ann. 4, 70 ab Or. l. l. allato male ex correctione (imo depravatione) Rhenani Or. *IMprudentem* in verborum contextum peccans recepit; literae transpositae ex errore cf. p. 516, l. 15.

Cap. XL, pag. 519, l. 10 »*populi quoque* † *et histriones* etc.; omnino rescribendum esse credo U*t*; *ut* atque et confundi notum cf. Tom. II, p. 76, l. 2 et 15. Ruhnk. ad Vell. P. 2, 15; Drakenb. ab Liv. 21, 28, 8.

Ibid. p. 520, l. 5, ... SINE OBSEQUIO, † SINE SERVITUTE Emendo: sine VER*it*Ate. Quintil. Decl. 303 ed. Burm. Gronov. male pro *severitate*, quod Pithoeus h. l. rescripsit, *veritate* corrigere voluit. «Veritas saepe est sinceritas» Corte ad Plin. ep. 3, 11, 6 p. 223.

Ibid. l. 6 *severissima* et *sererissimae* consulto et cogitate ita locutus est Tacitus. Corruptio h. l. nulla subest.

Gap. XLI. p. 521, l. 1. «SIC QUOQUE QUOD SUPEREST etc. Mihi rescribendum esse videtur: Sic PORRO *qu*ID*qu*I*d*: *porro* in *quo* est corruptum, similiter Tom. I, p. 201, l. 3 in loco corruptissimo emendo PORRO QUOQUE PRODEBAT: vocabula iuxta se posita saepe in unum male a librariis contracta sunt; infra proferam luculentissima exempla.

Ibid. l. 3, habet «*qd* (*q* cum lin. transversa) *enim qd* (sic) *nemo nos* P. *quid enim quod* nemo nos Tross» Or. Recte Tross; *quid enim* cf. Hand. Turs. II, p. 386.

Ibid. l. 8. «QUOMODO † INDE ETC.» *inde* corrupte cum cett. P.» Or. Rescribo quomodo PERinde; scriptum erat p̄inde; P facile excidere potuit, sic Tom. 1, p. 92, l. 6, quia

M *fringerent* habet, rescribam PERfringerent; *perinde* = ganz gerade so cf. Hand. Turs. IV, p. 459, II, 1.

Ibid. l. 11 *horum*, quod P F habent, non delendum est; necessarium est propter totius loci contextum.

Cap. XLII, p. 522, l. 13. «.... MESSALA ANTIQUARIIS etc.» P F habent Messala cû antiquariis, unde eruendum est CONTRA, *Messala contra* etc; sic p. 479, l. 4 idem habet P ibique quoque ex totius loci ratione CONTRA rescribendum est; alii alia coniecerunt, quae tamen improbanda sunt.



APPENDICULAE.

LIBRI A TACITO CONFECTI ET AGRICOLA INSCRIPTI

CAP. XXX.

P. C. HOOFTO BELGICO INTERPRETE.

NB. DE HOOFTO IN EXTREMO LIBRO PAUCA DICAM.

Zoo dikwils als ik de oorzaaken des kryghs en onze noodt beöoge, heb ik grooten moedt, dat de dagh van heden, en uw' t' ſaamenſtemming, (1) *het begin der vryheit van ganſch Britannië zal wezen. Want al te zaamen zyn wy buiten ſlaverny: en geene landen zyn 'er wyders,* (2) *ook zelf de Zee niet veiligh; haakende* (3) *de Roomsche vloot naa ons. De ſtrydt, alzoo, en de waapenen, die eerlyk zyn voor de vroomen,* (4) *de zelve zyn ook veilighſt voor de vuidigen. De voorgaande gevechten, in de welke men, teegens de Romainen, met verſcheiden geluk geſtreeden heeft, hadden hunne hoope en toeverlaat op onze handen: om dat wy, d' edelſten van ganſch Britannië, en derhalven woonende* (5) *in 't alderbinnenſte* (6) *des zelven, ook niet aanſchouwende de ſtranden der ſlaavenden, d' oogen zelf onbezoedelt hadden van de ſmette* (7) *der heerſching. Wy uiterſten* (8) *der landen en der vryheit, zyn, tot deezen*

---

(1) Conſenſum: gelykzinnigheit. (2) Meer uitwaarts. (3) Imminente: ſnakkende, vlammende, paſſende op ons. (4) Dapperen. (5) Siti: gelegen, gezeeten. (6) In 't hart. (7) Contactu. (8) Gezeten op 't niterſte.

dagh toe, beſchermt geweeſt, door de achterẃyk en ſchoot der faame. (1) *Nu ſtaat het eindt van Britannië oopen: en al wat onbekent is wort voor heerlyk gehouden. Maar uitwaarts nu is geen volk meer, niet dan golven en klippen, en binnenwaarts de Romainen. Welker hovaardy men vergeefs zoekt t' ontvlieden door gevolghzaamhéit en ingetoogenheit.* (2) *De roovers der wereldt, nu hun, in 't verwoeſten van alles, aarde ontbreekt, doorſpieden* (3) *ook de zee: zoo de vyandt ryk is, zy zyn gierigh; zoo hy arm is, zy zyn naamzuchtigh.* (4) *Luiden, die nocht het Ooſt nocht het Weſt verzaaden zouw, zyn d'eenigen, die met eeven groote toght naa rykdoom en armoê jooken.* (5) *Weghſlepen, moorden, rooven, heeten zy met valſche naamen, gebiedt; en als zy 't landt tot een' woeſtyn gemaakt hebben, pais.*

CAP. XLVI.

Is 'er eenige plaats voor de geeſten der deeghelijken; zoo, gelijk de wyzen het verſtaan, de groote zielen niet gebluſt worden met de lichaamen; ruſt in vreede, roep ons, uw huis, van 't zwak verlangen, (6) en 't twyflijk kermen, tot de beſpiegelingh uwer deughden, om de welke nochte te treuren, nochte te kermen, behoorlijk is: * laat ons liever, u, met verwonderingh, u, met onſterflyken lof, en, zoo wij 't aards wege vermogen, met naavolgingh' van zeeden, eeren. * »Deeze is d'oude eere, deeze de trouw»hartigheit aller naastbestaanden.» Dat zoud' ik ook uwer dochter, dat uwer huisvrouwe, voor een' les geeven (7), alzoo haars vaaders, alzoo haars mans heughenis te vieren, dat

(1) Door dien wy achter af, en in den boezem der faame liggen. (2) Modestiam. (3) Scrutantur: doorvorſſen], doorzoeken. (4) Ambitioſi: heerſchzuchtigh. (5) Concupiſcunt. (6) Desiderio: naawenſchen, wederwenſchen. * Hier is 't Latyn verdorven, en den zin magh men dus vullen. (7) Præceperim.

zij alle zijne werken en woorden bij zich ooverwegen, (1) en meer de faam en forme zyns gemoeds, dan zyns lichaams, omvaaten. (2) Niet om dat ik achte, dat men zich te verzetten hebbe teegens de heelden, die van marmor of kooper gebootst worden: »maar GELIJK de aange»zichten der menſchen, alzoo zijn de gelijkeniſſen der »aangezichten zwak (3) en sterflyk, de form des vernufts (4) »eeuwigh.» De welke gij zoudt konnen houden (5) en uitdrukken, niet met eenige vreemde ſtoffe en konſt, maar zelf met uwe zeden. Al wat wij in Agricola bemint, wat ons in hem verwondert heeft, dat blyft, en zal blyven in de gemoeden der menſchen, in de eeuwigheit der tijden, de faame der dingen. Want veelen der ouden, als glooryloos en onvermaardt, zal de vergeetenis ooverſtelpen; Agricola vermelt en naagelaaten (6) aan de naakomelingen, zal in weezen blijven. (7)

LIBRI A TACITO CONFECTI ET GERMANIA INSCRIPTI

CAP. X.

P. C. HOOFTO BELGICO INTERPRETE.

Wichelaaryen en lootingen neemen zy waar, zoo zeer als die dat meeſt doen. De gewoonte der lootingen is eenerley. Een' roede, afgeſneeden van eenen ooftboom, hakken zy aan lootkens, en spraaien de zelve, onderſcheiden met eenige merken, op een wit kleedt, los heenen (8) en op geval. Thans, zoo daar geraadtſlaaght wordt oover zaaken van den ſtaat, komt de Prieſter der ſteede; (9) indien oover bezon-

(1) Revolvant: overwentelen, overleggen. (2) Amplectantur: behelzen.
(3) Vergankelyk. (4) Mentis; geeſts. (5) Tenere: vatten, aanneemen.
(6) Traditus: overgelevert. (7) Supertes erit: overduurigh weezen.
(8) Temerè. (9) Civtais: burgerye.

dre zaaken, de vaader des huisgezins zelf, en biddende de Gooden, de opziende na den heemel, heft elk lootken driemaals op, duidt d'opgeheevene naar 't merk te vooren daar in gedrukt. Indien zy verbieden, daar en valt geen raadtſlagh meer, oover de zelfſte zaak, op den zelfſten dagh. Staan zy toe, zoo verzoekt men noch de trouw der voogelwichleryen. Ende dit doch is hier ook bekent, vraagh te doen aan de ſtemmen en 't gevliegh der vogelen. Deezes landtaardts ([1]) eigen is, ook te verzoeken het voorſpook en 't vermaan der Paarden. Tot koste van 't gemeen, in de zelfſte wouden en boſſen, worden zy gevoedt, wit, en niet beſmet van eenigh menſchlyk werk, de welke, geſpannen voor den heiligen waagen, de Prieſter, oft Koning, oft Vorſt der burgerye, verzelſchapt, en ſlaat acht op hun hinneken en brieſſchen. Ende aan geene wichelery wordt meer geloofs gegeeven, niet álleen by de gemeente, maar by de treflykſten, by de Prieſters. Want zy houden zich zelf voor dienaars, hen voor meêwuſtigen ([2]) der Gooden. Daar is noch een' andre waarneemingh der wichleryen, waar door zy d'uitkoomſt der zwaare oorloogen ondertaſten. Eenen gevangen, onderschept door wat maanier zy kunnen, van 't volk daar men oorlogh meê heeft, ſtellen zy, teegens eenen gekooren uit hunne landtsluiden, elken met zyn' vaaderlandtſche waapenen. D'ooverhandt van deezen oft dien wordt voor een vooroordeel genoomen.

CAPUT XIX.

Zij leeven dan met beheinde kuisheit, ([3]) zonder bedorven te worden door eenig aanloxel van ſchouwſpeelen, eenigh terghzel van banketten, van 't geheim der lette-

---

([1]) Gentis. ([2]) Conscies. ([3]) Septa pudicitia: beheinde eerbaarheit.

ren ([1]) weeten beide nocht mannen nocht vrouwen. Onder zoo talryk een volk, gebeurt zeer weinigh ooverſpels, welx peene veirdigh is, en den mannen toegelaaten. De man jaaght haar met afgeſneeden haire, en ontbloot, in teegenwoordigheit der naamaagen, ten huiz' uit, en dryft haar met den geeſſel, al de wyk deur. Voor verachteloosde ([2]) eerbaarheid is ook geen' vergiffenis. Nocht schoonheid, nocht jonkheit, nocht rykdoom zullen haar aan eenen man helpen. Want niemándt belacht daar d'ondeughden ([3]): nochte bedorven worden, heet men de weereldt ([4]). Maar beeter noch gaat het by de burgeryen, daar alleen maeghden huwen, en hoop en wensch om huisvrouw te zyn, met een' reiz af is ([5]). Zy ontfangen der wyze eenen man, gelyk maar een lichaam, en maar een leeven; op dat zy geen' voorder gedachten, nocht begeerte hebben, opdat zy niet gelyk eenen man, maar gelyk het huwlyk minnen. 'T getal der kindren te bepaalen, oft iemandt der aanboorlingen te dooden, wordt een laſterſtuk gehouden. Ende *vermoogen aldaar meer de goede zeeden, dan elders de goede wetten.*

([1]) Litterarum. ([2]) Publicatae: ten beſten gegeeven. ([3]) Vitia: ſchenniſſen. ([4]) Saeculum: tijdtsbeloop. ([5]) Tranſigitur.



CAPUT QUARTUM.

Agitur de aliquot corruptis locis, qui apud Tacitum in libro «Annales» inscripti leguntur, emendandis.

Quo modo in locis a corruptelis iudicando purgandis verser, ex iis, quae praecedunt, intellectum est. Qua de caussa in posterum brevior ero neque ubique afferam locos, in quibus v. c. literae hae illaeve in alias mutatae sunt et quae sunt id genus plura. Satis habeo addere, me lectiones libror. Mss. non nisi extrema necessitate adactum mutare et me, si mutandae sunt, quantum fieri potest, sequi id, quod in illis invenitur; quam rationem vellem Or. quoque diligentius secutus esset: optimas codd. M. I et II lectiones saepius male reiecit, quae ab eo, qui libros a Tacito conscriptos editurus est, omnino reddendae sunt: has h. l. omnes enarrare longum est. Quod quidem addidi, ne quis credat, me cum Or. in locis, de quibus in hoc libello non explicavi, consentire. Porro in posterum, ut chartae et tempori parcam, aliorum coniecturas et explicationes non afferam: quas qui cognoscere vult, legat Walth. et Or. ad singulos locos.

Sed redeamus ad id, quod nobis proposuimus, agamusque, ne eadem saepius repetenda sint,

I. *De aliquot locis emendandis syllabas a librariis ex errore omissas addendo.*

Syllabas et imprimis medias syllabas a librariis omissas esse, quivis harum rerum peritus scit et cf. e. c. Tom I, p. 62, l. 3; p. 125, l. 3 et 15; p. 139, l. 5; p. 140, l. 1; p. 161, l. 5; p. 165, l. 2, 4, 8; p. 178, l. 12; p. 186, l. 9; p. 187, l. 15; p. 193, l. 10; p. 58, l. 22; p. 281, l. 11; p. 202, l. 7; p. 309, l. 4; p. 419, l. 8; Tom. II, p. 6, l. 8; p. 86, l. 7; etc. etc. etc.

Ex syllabis omissis saepe aliae coruptelae ortae sunt; quarum aliquot, quae in libris a Tacito conscriptis inveniuntur, iam summoveamus.

Lib. I. *cap.* XX, p. 23, l. 14 pro »INTUS OPERIS etc.» cum Beroaldo scribendum est *in*VIC*tus* etc. Quodsi non placuerit, rescribam SCI*tus* = quia operis etc. scitus erat, antiquam duramque militiam revocare poterat, quippe qui manipularis etc. fuisset.

Ibid. cap. LXX, p. 60, l. 11 M, habet *a prudenti*; recte Lipsius rescripsit *imprudenti*; at lib. IV, cap. LXX p. 267, l. 12 M. optime habet *prudens* nihilque mutandum est.

Lib. III, *cap.* XXI, p. 163, l. 13. M».... *amplius quam genti* etc.» recte rescripserunt QUIN*genti*, male tamen delerunt *quam*.

Lib. IV *cap.* XIII, p. 222, l. 1. M. habet »ATROCITATEM TEMPORUM. Or. suspicatur scriptum fuisse *tentamentorum*; ex mea sententia syllaba *tem* orta est ex ultima antecedentis voc.; rescribendum esse credo FACIN*orum* cf. Suet. Cal. cap. 12.

Ibid. cap. LXVII, p. 265, l. 5. M habet *occultior*, Gronov. rescripsit *occultas*, malim *occultiores*.

Lib. XI, *cap.* XXVIII, p. 353, l. 5; «DUM HISTRIO.... † EXULTABERO etc.» M Coniiciebam *ex*AD*ult*E*raver*IT; sed, sicut vocab. *inillustris*, apud nullum scriptorem legimus. Latetne forte V*ex*ARET AD*ulter*Io?

Lib. XII, *cap.* XXXVIII, p. 392, l. 2. «.... PABULANTES

NOS IPSOS etc.» M; emendo *pabulantes nos*TROS EQUITES; *nostros* scriptum fortasse *nos sêqs.*, sic Tom. :, p. 76, l. M. habet *si nos avi = si nostra vi; equites*, scrip. equês s. eqês, unde ipsos ortum est.

Lib. XIII, *cap.* III, p. 419, l. 2. «.... AC PROFLUENS QUAE DECERET etc.» M Agr. prob. Doed. *et quae;* ego malim rescribere *quaeque*, scriptum fortasse prius *q* cum lin. transversa, i. e. quaeque cf. Tom. I, p. 376, lin. 11.

Ibid. cap. XV, p. 427, l. 15 «.... INDOLEM, UT QUIDEM EXPERIMENTO etc.» M. Or. *qu*O*dam* malit; ego *ut* suspicor ortum esse ex syllab. omissione et rescribo IN*sul*SO retento *quidem*.

Lib. XIV, cap. XI, p. 482, l. 2. «.... AC POSTQUAM FRUSTRA ABLATA SIT» etc. Primam syllabam v. *abl.* ortam esse credens ex ultima antecedentis voc. emendo *bla*NDI*ta* = blandimentis frustra adhibitis, ut quod vellet, adipisceretur; s. E*bl*ANDI*ta*, sic Tom. II, p. 180, l. 12 Rhen. pro *blan.* M emendavit E*blan.* Attendas ad id, quod sequitur *infensa — dissuasisset — instruxisset.* Quam pulchre Tacitus id, quod narrat, paene sub aspectum subiecit!

Ibid. Cap. XXV, p. 497, l. 10 «AT PRAESIDUIM LEGERAT, QUOD etc.» MSS. Agr. *inerat*: rescribendum esse credo SUPER*erat*, interpungo .... clauserat: non etc. cf. cap. 24, «ex DUOBUS *castellis* ..... ALTERUM *impetu captum.*

Lib. XV, cap. XL, p. 577, l 9 M habet *sermon*IS ortum ex *sermoni*BU*s*, quod. Spir. et Walth, habent.

Ibid. Cap. LXII, p. 587, l. 16 «M habet .... *bonarum artium famam tam constantis amicitiae laturos*» Rescribendum esse credo *b. art. fam*A LAUDEM etc. *fam*AM ortum esse credo ex scriptura fama cum lin., ut M. habet. Tom. I, p. 108, l. 97, cf. p. 397, l. 17; p. 439, l. 1; Tom. II, p. 105, l. 12; p. 204, l. 7 etc; *fama* ablativum esse quivis videt, fama bon. art. = quam bon. artes conciliant.

Lib. XVI, *Cap.* II, pag. 600, l. 7 «... NEC MISSIS PER QUOS NOSCERET AN VERA etc. M habet *uisoribus*, quod sic in-

terpretes eiicere non debebant; excidit certe una syllaba, ut scribendum sit INQ*uisitoribus*.

Ibid. Cap. XXI, p. 616, l. 8; «........... *ludis cetastis* etc.» Posses coniicere *ac festis*; malim tamen .... *erat*, PRAETEXTATUS *ludis a Troian. Ant. inst.* etc.; *praetextatus* (cf. Cic. Pis. 4 ibique Manut,) = ludorum magister.

Ibid., *cap.* XXVI, p. 620, l. 13; «.... AUGUSTI etc.» Marg. MSS. Agric. *ingererent*; quod ad verbum ipsum attinet, optime; non item ad formam. Rescribo propius ad M accedens INgEstURi, *e* et *u* permutantur cf. Tom. I, p. 309, l. 8.

Saepe etiam literae aliquot exciderunt e. g.

Libr. I, *Cap.* XXVIII, p. 27, l. 13 M. habet *clamore pena*; recte Salinierius *clariore pLena* rescripsit: de comparat. vi — rubore suffusus addo — cf. Kuehner gr. lat. p. 435 ed. II.

Lib. II, *Cap.* LXIII, p. 125, l. 14 M. habet *ne si*; rescribendum esse credo I*n*D*e* i. e. Ravenna.

Libr. III, *Cap.* XIX, p. 162, l. 7 M habet *audire*, emendo *audi*E*re* ut T. II, p. 233, l. 21 *interiere* pro *interire* cod. M: de h. l. infra quoque pauca dicam.

Libr. VI, *Cap.* XXVIII, p. 303, l. 16 M. habet *effinere*, recte Pichena scripsit *effinxere*.

Ibid. Cap. XXIX p. 303, l. 3 «.. *urgebatur*» etc. ego ex Ernesti emendatione rescribo *arguebatur*.

Lib. XI, *Cap.* XXXII. p. 336, l. 10 «.... *iussitque* etc.» At quid M? *Missique*, hinc emendandum esse credo *Misi*T*que*, quod propius ad cod. scripturam accedit. Optime quoque Doederl. lib. 16, cap. 37, p. 363, l. 3 suspicatur: *missi* ET *auspices* pro *misit*, quod M. habet. Addo locum supra omissum, qui legitur

Ibid. cap. XXXIII, p. 337, l. «.... *sedem poscit sumitque* etc? At quid M? AS*sumitque*: quod cur spernendum sit, non video; imo pulchrius rem depingit, quam istud *sumitque*.

Lib. II, *cap.* LXX, p. 130, l. 2 M. recte *malefica*: nulla litera excidit, ut, qui *maleficia* scripserunt, putant.

Libr. III, *cap.* XXII, p. 165, l. 4 recte M *reicere* i. e. *reiicere*; nulla litera excidit, quod credunt, qui *reticere* correxerunt.

Libr. XIV, *cap.* XXXVI p. 507, l. 10. Optime M habet *eventu*; nulla litera excidit libenterque carebimus Rhenan. correctione.

Iam nobis explicandum est

II. *De aliquot locorum verbis male in unum contractis corruptorum emendatione.*

Cf. e. c Tom. I, p. 5, l. 4: p. 40, l. 11; p. 116, l. 5; p. 129, l. 4; p. 166, l. 2; p. 199, l. 5; p. 400, l. 1; p. 430, l. 11; p. 411, l. 13; Tom. ::, p. 4, l. 7; p. 96, l. 11; p. 255, l. 15; etc., etc., etc.

Lib. I, *cap.* XXV. p. 26, l. 4; «ILLI ..... AD MULTITUDINEM RETTULERANT. At M. habet *sedtulerant*. Hinc rescribo *ad mult.* SCILICET tulerant. De permutatione vocab. *Scilicet* et *sed* vid. Arntz. ad Paneg. p. 438, cf. quoque Longol. ad Plin. ep. 10, 79 (76), 1, p. 794. De vi voc. *scilicet* explicatur ap. Forccl. in v.

Ibib. cap. LIX, p. 52, l. 1. Lectio cod. Med. SACERDOTIUM HOMINUM omnino reddenda est: quam qui immutarunt, non norunt Taciti dicendi genus, nec qui in plurativo numero *hominum* offendunt, genus dicendi omnibus commune. *Victam ripam*, *sacerdotium hominum* ex noto dicendi genere, quo utitur Tacitus; *sacerdot. homin.* = sacrd., quale est apud Romanos, qui homines (e. c. Caesarem etc.) in deorum numero venerantur et colunt proptereaque sacerdotes ipsis constituunt. Attendas porro ad verbum *reddendi*, in quo inest h. l. ea notio, de qua explicuerunt Bremi et Daeh. ad Corn. Nep. Pausan. 2, 2. Plena haec verba sunt acerbissimae ironiae. Quam languidum est prae cod. M lectione Horkeli coniectura!

Libr. III, *cap.* XXXVII, p. 178, l. 14; «.... DIEM AEDIFICATIONIBUS, NOCTEM CONVIVIIS TRAHERET. Rescribo *a*NIMI *dif*FUS*ionibus*. (cf. Senec. de vit. beat. cap. 3, comitasque et diffusio animi); *diffusionibus*, plurativus num. significat varia genera etc., quibus animus diffunditur, recreatur: *animi* scriptum *ai* cum lin. cf. Tom. ::, p. 237, l. 11; p. 307, l. 4; p. 464, l. 1; p. 273, l. 6.

Ibid. cap. LXVI, p. 201, l. 6; «...... IMPUDENTIBUS AUSIS PROPOLLUEBAT Rescribo: *impudentibus ausis* PORRO QUOQUE PRODEBAT»; *porro* et *quoque* per compendia scripta erant: hinc corruptionis origo. De vi vocab. *porro* cf. Forcell. in v. et Hand. Turs. in v. Sententia est: Seiani potentia :unius Otho senator factus erat. At quamquam receptus erat in hunc amplissimum ordinem proindeque etiam egregie factis conspicuus esse debebat et ita obscura initia oblivione obruere; tamen tantum abfuit, ut bene ageret, ut impudentibus, quae commisit, ausis obscura initia proderet. Valet et hic illud: «Fortes creantur fortibus et bonis etc»

Lib. IV *cap.* II, p. 212, l. 8; «.... ADDERETUR. PRAETENDEDAT *lasc*». Rescribo .... *cresceret* (Muret.). *ac* etc.

Ibid. cap. XXVIII, p. 233, l. 1; «.. VINCTUS PERORANTE FILIO etc». Primo post verba *inducti sunt* maior, ut aiunt, interpunctio ponenda est: in prima syllaba voc. *perorante* voc. *patris* latere alii iam viderunt; scriptum *per.* cum lin., sic. e. g. Tom. ::, p. 43, l. 15 frs. cum lin. = frater: at in voce *orante* adhuc latet vitium ortum ex mea quidem sententia ex nota illa mediarum syllabarum omissione. Rescribo .... *pater o*BIU*r*G*ante filio* etc. Tale quid a Tacito scriptum esse verborum contextus docet.

Libr. XII, *cap.* XXII, p. 381, l. 1; «..... IRA AGRIPPINAE CITRA ULTIMA STETIT.» M. habet *irex*, optime Doed. *ir*A *ex*: ego olim M *ivet* teste Vict. habere credens *ira e*T rescribere malui.

Ibid. cap. XXVII. p. 333, l. 4; «..... EQUITE ALARIO, † MONITOS etc.» Deleto commate post alario rescribo *m*ISI*t o*CIUs. Quae emendatio mihi in mentem venit, cum apud Aurel. Victor. de Caes. cap. 3, 18 haec verba legerem: *Quod ubi patres accepere*, MITTUNT OCIUS *ausum comprimere*.

Ibid. cap. XXXVII, p. 391, l. 5; «ATQUE ILLI VINCULIS ABSOLUTI etc.» Rescribo *vinculis ab* EO *solutis*.

Ibid. cap. LXIV, p. 411, l. 7; «BIFORMES HOMINUM PARTUS ET SUIS FETUM EDITUM, CUI ACCIPITRUM UNGUES INESSENT. Optimus M habet EDIDITUM: rescribendum esse credo —— *fetum* EDI DICTUM: *c* saepe excidit cf. e. g. Tom. I, p. 203, l. 4; *dictum* sc. est = praedictum cf. Drakenb. ad Sil. 13, 819 et ad Liv. 8, 24; *edi*, «res aut mox aut certe eventura saepissime non futuro, sed praesenti enuntiatur.» Loers ad Ovid Trist. 4, 6, 40 p. 395; Or. ad An. 1, 55 exempla aliquot ascripsit ex Tacit. libris coll.

Ibid. cap. LXV, p. 412, l. 14; «.... SI NERO IMPERITARET, BRITANNICO SUCCESSORE, NULLUM etc.» Emendandum esse credo *s.* N. *i. Britannico su*PPR*esso* F*ore* nullum etc.

Libr. XIII, *cap.* XLI, p. 432, l. 6; «.... ABLATUM; NAM CUNCTA EXTRA, TECTIS TENUS, SOLE ILLUSTRIA FUERE; QUOD MOENIBUS CINGEBATUR, ITA REPENTE ATRA NUBE COOPERTUM FULGURIBUSQUE DISCRETUM EST, UT QUASI INFENSANTIBUS DEIS etc. M habet *tectis actenus* («sic» Or.) .... *quod repente moenibus cingebatur, ita atra* .... *fulgoribusque* .... *infensantibus dedeis* etc. Rescribo: .... *tectis a*DEO *tenus* .... *fuere; repente quod moenibus* (hoc praefero, quippe quod propius ad cod. M accedat) etc. s. *quod moen. cing., repente ita* etc.: *adeo*, si recte rescripsi nec latinitati repugnat, = ia sogar.

Lib. XIV, *cap.* VIII, p. 479, l. 12; .... FORE LATERET FACIEM. Rescribo .... *la*E*t*AE *re*I etc. de h. l. infra pluribus explicabo.

Ibid. cap. XIV, p. 485, l. 1; «.... QUOD REGIUM ET ANTIQUIS etc. Emendo: .... *reg*ERE *iam* etc. infra pluribus de

h. l. explicabo; sic libr. XI, cap. XXX, pag. 555, l. 12 pro *idem* malim *id iAm* rescribere.

Ibid. cap. XX. p. 492, l. 12; ... AN IUSTITIA AUGURII etc. Rescribo *an ius etiam auguris*. Orell. coniectura admitti non potest, quia, quamquam non multum recedit a lectione cod. M, scribere debebat *ius augurium* non *ius augurii* cf. Forcell. in v. augurius; ius ex verborum contextu = ius augurium, augurandi scientia.

Ibid. cap. LIV, p. 522, l. 7; «.... VISUM FASTIGII REGIMEN; POSSUMUS SENIORES AMICI QUIETEM RESPONDERE. Rescribo .... *Quiet*E (MSS aliquot habent cf. Walth.) *res ponere* s. *quietem et res poscere* s. *quitem reposcere* (de vi syll. *re* poscendi verbo praeposito cf. quae dixi ad An. l. cap. LIX quod praecedit *visum* item corruptum puto rescribamque: USUS *fastigii ét* (*s. ac*) *regimem* (s. *regimenque*) sic, male quidem, Guelf. *usu* pro *visu* habet ap. Arntz. ad Paneg. pag. 567.

Ibid. cap. LX, p. 529, l. 1. His QUAMQUAM etc. Emendandum esse credo «*HiCquE NEquam* etc.» de hoc loco, infra pluribus explicabo.

Libr. XV, *cap.* XVII, p. 547, l. 14. Optimus M. habet *conquerentium*: rescribo *hoc conqueren*TE IAM etc.

Ibid. cap. L, p. 577, l. 10: ... ARDENTE DOMO etc. Rescribo *ardens* E *domo*.

Ibid. cap. LV, p. 581, l. 7: «..... QUIBUSQUE SISTITUR SANGUIS PARARE EUNDEM etc.». Optimus M habet *partiebatque*. Hinc emendandum esse credo *applicabat idque s. idemque* etc.

Ibid. cap. LXXII, p. 595, l. 17. M *quaunc* cum lin. super litt. *c* habet, ed. Spir. *quem quia*: hinc rescribo *qu*I *quia nunc* etc.

Lib. XVI, *cap.* II, P. 600, l. 7. «Voc. *auaratoribus*, quod M habet, non sic eiiciendum est, ut Bait. vult; latet in eo, ut iam Pichena vidit, *ab adulatoribus*: quam emen-

dationem confirmant ea, quae sequuntur,.... *facundia nec min. adulatione.*»

Iam explicemus

III. *De aliquot locorum omissis non nullis vocabulis corruptorum aut mancorum emendatione aut refectione.*

Tom. I, p. 27, l. 15; praevenit me Or. recte *cessura* AD *quae* coniiciens; p. 187, l. 12 recte Lips *decimum* addidit; p. 257, l. 7 *iit* Lips, *adiit* Heins. supplere vult: verbum, quo plerumque utuntur Rom., est *secedere*; possis igitur addere *secessit;* p. 333, l. 1, recte edd. *posuit*, Or. *statuit*, supplere volunt; ibid. l. 8 Doed. *mox iusso*, ego *iussuque C.* Caesaris cf. p. 380, l. 7 et p. 591, l. 7; p. 370, l. 1 (ex Suet. Claud. c. 26) commode supplevit Or. *a re publica;* p. 414, l. 9 non male Heins *dum quae e re forent* etc; p. 422, l. 14 *servîret* s. *inserviret* supplendum est cf. p. 462, l. 16; p. 577, l. 13, p. 579, l. 5; p. 598. l. 7; p. 595, l. 3 etc. etc. etc.

Ibid. cap. LV, p. 192, l. 8 suppleo «*nobis* NOS INTER ET *maiores; nobis* = in utilitatem nostram.

Libr. III, *cap.* XIX, p. 162, l. 7, excidise sumendum est QUAE absorptum ab seq. *quoque*, ut stet lectio optimi cod. *audire* i. e. *audi*Ere, ut supra dixi.

Lib. IV, *cap.* XV, p. 223, l. 9 fortasse excidit ET ante *ita* absorptum ab. antecedente syllaba *es.*

Ibid. cap. XXXI, p. 235, l. 9, credo IURE ante *iurando* excidisse cf. p. 19, l. 5. M habet h. l. *ut eiurando* = ut et iuran.

Libr. VI, *cap.* III, p. 282, l. 10, cum Rhenano credo NISI aut NI ante imperatoris excidisse cf. e. c. Tom. II, p. 129, l. 7.

Libr. XII, *cap.* I, p. 366, l. 1 si lectio optimi codd. retinenda est, ante voc. *suam* excidit CUM: quae ratio praeferenda est tot lect. cod. M mutationibus.

Libr. XIII, *cap.* XVI, p. 429, l. 12, malim addere post *fuisse et* quam *atque* cf. An. 2, 2; 16, 13; Histor. 4, 43;

sic p. 182, l. 11 credo non ET, sed AC excidisse pr. ultimam antecedentis voc. syllabam.

Ibid. cap. LV, p. 465, l. 7. supplendum esse credo *servarent sane* SE *receptos* CUM *gregibus etc.*: et sic p. 380, l. 8 lectio opt. cod. *torquibus* addito *cum* retineri poterit.

Libr. XV, *cap.* L, p. 577, l. 13 .... PULCHERRIMUM ANIMUM EXSTIMULAVERANT. Non male fortasse Or., «An *pulcherrimum* AD FACINUS *animum?*»

Ibid. cap. LXXIV, p. 597, l. 10: «QUOD QUIDEM ILLI DECERNEBAT TAMQUAM MORTALE FASTIGIUM EGRESSO ET VENERATIONEM HOMINUM MERITO, QUORUNDAM AD OMINA DOLUM SUI EXITUS VERTERETUR etc.»

Ut pronomini *illi* corruptum quidem *quorundum* oppositum est, ita verbo *decernebat* aliud oppositum sit necesse est. Vide, an aliquo modo verum reppererim. Suppleo et emendo h. l. hoc modo:

«.....*quIdam* TAMEN DUBITABANT *a*N IN *omina* PoTIuS *sui exitus verteretur.*

Singula videamus *quorundam* corruptum esse credo ex *quidam tamen*, quae vocabula notata in unum male contracta sunt v. c. *quimtam* cum lin. super *i* et *m* (in extremo voc. tam) quae postea omissae sunt; *dubitabant* excidit; et de const. *dubito an* cf. Kuehn. ad Cic. Tuscul. 4, 22, 50; *an* et *ad* confundi docet e. c. Tom. II, p. 35, l. 7 etc.; *in* sexcenties omissum esse, iam supra dixi; *verter. in* Walth. affert Hist. 1, 86; *potius*, Walth. ad h. l. M teste Victor. *dotum* habere dicit, de quo nihil ap. Or.; hinc *potius* rescripsi; *sui* = eius, ut saepius cf. e. c. Arntz ad Aurel. Vict. de vir. ill. 22, 2 etc.

Libr. XVI, *cap.* XXII, p. 618, l. 10; «HUIC UNI INCOLUMITAS TUA SINE ARTES, SINE HONORE.» *Lipsius* supplet... *tua* SINE CURA, *artes sine honore;* Gronov.... *tua,* TUAE *artes* etc. Possis quoque coniicere *s* finale voc. *art*es ex primo subsequentis vocab. syllaba temere adiectum esse la

tereque in voc. *arte* aliud corruptum ex nota illa mediarum et aliarum syllabarum omissione literarumque singularum traiectione.

His, quae pluribus locis secum communia sunt, praemissis, de aliquot locis singillatim mihi explicandum est, incipio a loco, qui male, ut aiunt, vexatur.

Libr. I. *cap.* VIII p. 10, l. 3; « LEGATA NON ULTRA CIVILEM MODUM, NISI QUOD ..... LEGIONARIIS AUT COHORTIBUS CIVIUM ROMANORUM etc.» Quia ad id, quod explicare voluit Tacitus quodque verborum contextus indicat, non attendebant interpretes, multam operam in loco *corrigendo* collocarunt: at operam et oleum perdiderunt! Estne Taciti, eadem omnia narrare, quae Suetonius ac Dion, quorum hic quoque aliquid, XXXV sestertium tribubus legata, omisit, memoriae prodiderunt? *Legata*, inquit, *non ultra civilem modum*, NISI QUOD etc.; habet igitur delectum. Hinc effici cogique et poterat et debebat, si quid Tacitus, quod alii scriptores aliud, atque ipse, in rebus narrandis spectantes memoratu dignum iudicaverunt, omisit, id voluntate et iudicio omisisse. Quia ultra civilem modum ipsi id, quod Augustus tribus istis cohortibus urbanis dederat, visum non est, silentio transmisit: quamquam tam ipse, quam Suetonius et Dio, quid quibusque Augustus dedisset, novit. Delectum igitur fecit, uti hic, ita et in iis, quae sequuntur, «TUM CONSULTATUM DE HONORIBUS», ex quibus eos tantum affert, quos maxime insignes habuit, QUI MAXIME INSIGNES *ipsi*, non *populo* (quod Or. perperam intelligit) VISI *sunt*. In illo *aut*, quod post vocabulum legionarios sequitur, nemo potest offendere: eo utuntur scriptores, ubi res distinctius designatur = *oder vielmehr* cf. quae ad Ger. cap. VII scripsi; non omnibus legionariis, sed tantum *legionariis cohortibus civium Romanorum*, quas iis, quae ex provinciis delectae erant, Tacitus opposuit, trecentos nummos viritim legavit.

Si qui tamen erunt, qui «cohortes civium Romanorum illa summa donatos separatim memorare nihil attinere atque urbanas cohortes a Suetonio ac Dione memoratas a Tacito, accuratissimo scriptore, praetermissas esse veri simile non videri» putent eaque caussa commoti locum corruptum habeant; agite iam et accipite, qui locus ex vestra sententia corruptus in integrum restitui possit.

Suetonius ac Dion memorant, Augustum cohortibus urbanis quingenos nummos legavisse; Tacitus est accuratissimus scriptor, hinc cohortes urbanas ab eo praetermissas esse veri simile non videtur et legionarias civium Romanorum cohortes memorare nihil attinebat (abs quo id rescivistis?); ergo locus corruptus est! — Euge! Sedes vitii videtur esse in vocabulo *aut;* ex ea vocabula scribendi ratione, qua ii, qui codd. descripserunt, utebantur, corruptum esse videtur ex CCCET, (formis dificientibus litteras scripturae cod. assimilare et exprimere h. l. nequeo) pro *civium Romanorum* in codice, ex quo M I desriptus est, ex more literis quibusdam in alias mutatis et omissis fortasse scriptum erat *milium orvanorum* et ita quidem, ut distingui nequiret, essentne literae *rv* an sola litera *m;* librarius quia literas distinguere non potuit et *r* excidisse credidit *Romanorum* correxit; in codd. porro hic illic literae *u*, *e*, *c*, *m*, *l*, *v*, *b* commutari ita, ut vix aut ne vix quidem distingui possint, et literae *t*, *l*, *i* etc. saepius omitti notum est hinc ex vocab. *milium* i. e. militum *civium*ortum est [Addo, quod T. II, p. 56, l. 4 pro *militum*, quod M habet, Puteol. etc. rescripserunt *civium*. ;] numeri saepius exciderunt. En Tacitus cum Suetonio consentit! At quid de Dione faciendum est, qui XXXV sestertium tribubus legata omisit? latetne fortasse in eius quoque verbis corruptela? Aut est Dio non tam accuratus scriptor, ac Tacitus, ut ideo illud omittere potuerit?

Ibid. cap. XXVI, p. 26, l. 20: «NUNQUAMNE NISI AD SE

FILIOS FAMILIARUM VENTUROS?» «*Numquam* et *nisi* eo modo componuntur, quo *non* et *nisi* et hoc ipsum saepe significant. Latini his vocabulis exprimebant id, quod Germani verbis *immer nur* etc.» Ita recte Hand. Turs. IV, p. 330, N^ro^. 6. At mihi in hoc loco vitium aliquod latere videtur. Vide, an ex mea emendatione locus melius intelligi possit. Rescribo *nunq. nis. ad se filios familiar. Men*TI*turos? Mentiri* = non stare a promissis cf. Forcel. in v.; de vi praep. *ad* cf. Hand. Turs. I, p. 82 et Klotz in v. p. 114, II, 2.

Ibid. cap. XXXII, p. 31, l. 10 «.... QUOD NEQUE DISIECTI, NIL PAUCORUM INSTINCTU, SED PARITER ARDESCERENT etc.» «Plerique Grotio auctore *nec*, parum utique ad Κρίσεως diplomaticae leges probabiliter. At vide, ne tolerari possit *neque* — *nil* — pro *neque disiecti neque quidquam paucorum instinctu agerent.*» Or.

Quae explicatio ex mea quidem sententia ferri nequit. Quod porro ad Κρίσεως diplomaticae leges attinet, haec accipe. Nusquam, nisi me omnia fallant, in M. I. et II. legitur *nil*; in M I. semper *nihil* legitur, nullam saltem lectionis varietatem ex eo ascripsit Or. cf. Tom. I p. 5, l. 7; p. 9, l. 8; p. 14, l. 8; p. 24, l. 1; p. 150, l. 12; p. 151, l. 16 etc. etc. in M II. plerumque *nichil* scriptum est, cf. Tom. I, p. 327, l. 7; p. 342, l. 15; p. 353, l. 2; p. 359, l. 3; p. 360, l. 4; p. 367, l. 12; p. 371, l. 2; etc. etc. Tom. II, p. 138, l. 7; p. 140, l. 4; p, 141, l. 7; p. 145, l. 20; p. 146, l. 5 etc. etc. hic illic invenitur *nihil* cf. e. Tom. II, p. 138, l. 14; p. 142, l. 2 etc. etc.

Ego rescribendum esse credo — *neq. disiecti*, UT *paucorum consilio* (sc. *ardescerent*, non: *agerent*), *sed* etc. (de vi vocab. *neque* — *sed* cf. Baumstark ad Caes. B. C. 3, 28 p. 474, et Hand. Turs. IV, p. 113, N^ro^. 22), aut: *neque disiecti* AUT *paucorum instinctu*, *sed* etc. De vi vocab. *neque* — *aut* cf. Hand. Turs. I, p. 343, N^ro^. 9.

Libr. III, *cap.* XI, p. 155, l. 12: «[lis] HAUD ALIAS INTENTIOR etc. M habet: *is* etc. Rescribo H*i*C etc.; vim vocab. *hic* infra ad locum. *libr.* XIV, *cap.* LX, paucis explicabo. *Hi* et ii hisque similia confundi docent Arntzen ad Plin. Panegyr. 11, 3, p. 57; 39, 2, p. 185; Corte ad Sall. Catil. 13, 1 p. 88; Gronov. ad Liv. 25, 12 etc. etc.

Libr. IV, *cap.* XLI, p. 245, l. 12.... † *vera potentia augere:* rescribe ex Rhen. emendatione *auger*I et dele corruptionis signum.

Ibid., *cap.* LXV, p. 263, l. 12, paene rescribere malim «*auxilium appellat*US ATTU*lisset* etc.; *appellatus* absolute, ut aiunt, dictum est cf. Klotz in v.

Inter omnes, qui apud antiquos scriptores leguntur, locos sive corruptos sive explicatu difficiles nullus est, in quo legendo magis miror interpretes verum non vidisse, quam in eo, qui a nobis iam emendandus est: *ibid.*, *cap.* LXIX, p. 266, l. 22: «NON ALIAS MAGIS ANXIA ET PAVENS CIVITAS, EGENS ADVERSUS PROXIMOS etc.»

Emendo una tantum litera mutata et commate post voc. *civitas* deleto « — non .... anxia ... civitas A*gens ad. prox.* etc. Agere plerumque coniungitur cum adverbio; at Tacitus etiam *cum ablativo* coniungit cf. Anc. 1, 68; 2, 64; 13, 32; et cum *adiectivis* cf. An. 3, 38; 6, 40; 13. 24; 15, 37; vid. Fittbogen ad Justin· 2, 7, 5. p. 78; *adversus* = vor den Augen, gegenueber cf. Klotz in v. Nro. II, 3, c, a. p. 165 et Hand. Turs. I, p. 180 Nro. 2.

Idem error est in M (II.) libr. XI, cap. XXXVIII, p. 359, l. 10; .... *tantum* .... E*gebat*; Guelf., Puteol, etc. recte A*gebat*; pro *tantum* rescripserunt *tanta* quod ad ablativ. attinet, recte; at in tantum latere credo *tant*A IA*m*.

Libr. V, *cap.* IV, p. 274, l. 18; «DISSEREBATQUE BREVIBUS MOMENTIS SUMMA VERTI; POSSE QUANDOQUE † GERMANICIS TITIUM POENITENTIAE SENIS.»

Si exempla ad manus mihi essent, quibus firmare pos-

sem, plurativo numero abstractorum significari quoque posse filium uxoremque eorum, qui nomine abstracto notantur, rescriberem IN *GermanicOs s*AEV*itiam*; aut, si exemplis probari possit, voc. *germani* utentibus nobis licere, cum de alicuius hominis nuru nepoteque loquimur, rescriberem IN *german*Os SAEV*itiam.* Woltmannus non male: *GermanicI* ESSE F*i*L*ium*; nam Germanici filium a Tiberio aliquando vehementer desiderari posse, eo vocabulo reddito significaret Rusticus; non item eius uxorem: premendum igitur esset vocab. *filium*, quod optime in h. l. quadraret. Possis quoque coniicere: .... *Germanicum et nurum* etc., quamquam facilius induci possis, ut credas in illo *titium* latere vocab. *saevitiam* cf. libr. 6, 24 p. 300, l. 8; «Mox..... *saevitiam* quam *poenitentiam* maluit.» Ceterum recte rescripsit Walth. *poenitentiae* ESSE *seni*. Sed progrediamur.

Libr. XI, *cap.* X, p. 335, l. 3. ET RECUPERARE ARMENIAM † HABEAT NI etc. Malim rescribere *Armeniam* IAM VALE*bat s. a*UDE*bat* etc.; *iam* saepius excidit, ut infra pluribus ostendam.

Ibid., *cap.* XXIII, p. 348, l. 10: «QUID SI MEMORIA EORUM ORERETUR, QUI CAPITOLIO ET ARA ROMANA MANIBUS EORUMDEM PER SE SATIS*** FRUERENTUR SANE. etc.

M habet *moreretur* gemin. *m*, quare rescribendum est *ImmoRAreNtur s. CommoRAreNtur*, excidit, ut saepissime, syllaba *ar* in forma imperf. coniunct. omisa in M; pro vocabula *ara* recte Heins. iam rescripsit *arce*: arx et capitolium saepissime coniunguntur cf. Klotz. in v. *arx* et, quem ibi affert, W. A. Becker Handb. d. roem. Alterthum. Thl. I, p. 386, Anm. 476. Rescribendum esse credo: *Quid si* IN *memoria eorum Immora*ReN*tur* (*s. CommorAre*N*tur*), *qui Capitoli*UM *et ar*CEM *Romana*M A *manibus eorumdem p*ROTEXISs*e*NT? *Satis. Fruerentur sane* etc.

Tale quid a Tacito scriptum est. — *Satis*, similiter

vocabulis *falso*, *frustra* etc. utuntur Latini cf. interp. ad Corn. Nep. Alc. 9, 2.

Ibid., *cap.* XXIV, l. 16: «.... HORTANTUR UTI PARIBUS CONSILIIS REM PUBLICAM CAPESSAM etc.» At quid optimus M? «*rem* (sic) *publica* (sic) *capessenda* M» Or. Hinc emendo *hor.*, *uti paribus consiliis* IN *r*E *publica capessenda* etc. *In* saepius excidisse et in terminationibus *em*, *e*, etc. cum lin. saepissime turbatum esse, supra iam saepius dixi; de verbo *hortandi* cum inf. coniuncto cf. Walther ad An. 6, 37; Daeh. ad Corn. Nep. Phoc. 1, 3 et Doederl. Syn. 1, p. 164.

Ibid., *cap.* XXVII, p. 352, l. 15 praevenit me Or. optime emendans *suFisse*, uti et libr. XII, cap. II, p. 367, l. 2, pro *coniungeret* rescribens *conTingeret*, quae emendatio mihi in mentem venit, legenti loc. Val. Max. 7, 8, 3 a lexicogr. omiss. «....*Claudiorum etiam familia, quam arctissimo sanguinis vinculo* CONTINGEBAT, *florente etc.*

Ibid. cap. XXXI, p. 356, l. 14; « .. † ERIPIUNTUR etc. Forcell. «insolentiori iunctura *erepta avehuntur.*» — Heinsius: *excipiuntur* probatum ab Or. mihi quoque non displicet. Coniiciebam olim, fortasse temere, EX URBE *EGE*-*runtur*; *egeruntur* Heinsius quoque coniiciebat.

Libr. XII, *cap.* XXXIII, p. 388, l. 7: «CATERVAEQUE MAIORUM etc. rescribendum esse credo «*CaLonum*; i et l. mutantur cf. Tom. 1, p. 537, l. 7; p. 253, l. 5 etc. «Praeterea *calones* erant pars exercitus eorumque opera duces aliquando usi sunt; non enim ignari omnino militiae erant, cum omnibus fere militum exercitationibus adessent.» Forcel. in v.

Libr. XIII, *cap.* XXVI, p. 438, l. 7. SED CONSULES ...., PERSCRIPSERE CONSENSUM SENATUS, ILLE AN AUCTOR CONSTITUTIONIS FIERET, UT INTER PAUCOS EI SENTENTIAE ADVERSOS: QUIBUSDAM COALITAM LIBERTATE IRREVERENTIAM EO PRORUPISSE FREMENTIBUS, † VINE AN AEQUO CUM PATRONIS IURE AGERENT, SENTENTIAM EORUM CONSULTARENT, AC VERBERIBUS MANUS ULTRO INTENDERENT, † IMPULERE VEL

POENAM SUAM DISSUADENTES, ETC. ETC. ETC. MUTAVISSENT. (CAP. XXVII) DISSEREBATUR CONTRA.

Posito post voc. *adversos* puncto credo a verbis *quibusdam* etc. incipere protasin, cuius apodosis incipit a verbis *disserebatur contra* etc. Rescribo. .... *frementibus, ut non iam aequo*............ *agerent, sed etiam coram consultarent,* AN... *intenderent impudenter* etc. Singula videamus: *ut*, c. *vi* conf. cf. T. I, p. 170, l. 7; p. 344; T. II, p. 116, l. 18; p. 236, l. 13; (coniecit Lips. *ut iam nec*) et Burm. ad Nem. Cyneg. 71 (P. L. M. I p. 354), Quinct. J. O. 10, 1 etc.; *non* et *ne* confundi docet Spald. ad Quint. J. O. 2, 14, 4; Drakb. ad Liv. Tom. V, p. 234 ed. Bel.; *iam*, script. im, hinc orta corruptio; de vi vocab. *non iam, sed etiam* cf. Hand. Turs. III, p. 132, Tom. IV, p. 276 et Bremi ad Suet p. 236. — *sed etiam* (*sed iam* vir doct in ed. Gryph. coniec.) corruptum est in *sententiam* ex litteris temere additis cf. Tom. I, p. 77, l. 14; p. 239, l. 13; p. 330, l. 8; p. 396, l. 2 (*subvenientum*; Or. rescripsit *subventum*; possis rescribere propius ad M accedens *subveniendum*); p. 361, l. 6; (M. habet *tantum auditurus*, rescribo *tantum abiturus*) Tom. II, p. 28, l. 10; p. 174, l. 1; p. 176, l. 2, etc.; *coram* cf. Hand. Turs. II, p. 127 consultarent, AN (*an* coniecit quoque J. Fr. Gron; *an* et *ac* confundi docet Schwarz. ad Plin. Paneg. p. 170, et 285.); apte et graphice, ut aiunt! Deliberant servi coram dominis suis ipsos punituris, an etc.: *impudenter*, MS. Corb. *impudente*, Agr. *impudentes.* — Coniiciebam olim .... *sed etiam eorum capitibus insultarent ac ul.. intenderent, impudenter* etc., *capit insult* = irrumarent cf. Suet. Caes. 22. Magis quam mea ad M accedit Ryckii emendatio verborum *sententiam* etc. scribentis *conculcarent* (*s. confutarent*, prius praestat) *ac etc.* probo eamque meae illorum verborum emendationi praeferendam esse credo; qua admissa *impudenter* tamen retinendum esse mihi videtur.

Lib. XIV, *cap.* V et VI, p. 477, l. 3; «IN .... INFERTUR. (VI) ILLIC REPUTANS IDEO SE FALLACIBUS LITTERIS ACCITAM ET HONORE PRAECIPUO HABITAM, QUODQUE LITUS IUXTA .... CONCIDISSET; etc. Sicco, ut aiunt, pede hunc locum transeunt interpretes; ego in eo semper haesi et corruptum eum esse credo. Delendum esse mihi videtur comma post infertur, deinde pro *ideo* rescribendum *ideo*NE (*ne* saepius exidit cf. Or. ad Tom. I, p. 459, l. 12); post *habitam* signum interrogationis ponendum; pro *quodque* (*quod quia* habet Spir.) rescribo *quid? quod .... concidisset?* Post vocab. *remedia esse*, ut iam scriptor Agr. vidit, verbum excidit et quidem propter vocabulum *esse* et sequens *si* credo *sensit* inserendum esse, quo admisso *misitque*, quod M habet retineri potest: *que*, ut sexcenties, = und demzufolge cf. e. c. Daeh. ad Cor. Nep. Milt. 6, 4. etc.

Ibid. cap. VIII, p. 479, l. 12; «..... ALIAM † FORE LATERET FACIEM NUNC, SOLITUDINEM AC REPENT. STREP. ET EXTREMI MALI INDICIA. Rescribo: *aliam fore la*E*t*A*e re*I *faciem*, *nunc* etc. *la*E*t*A*e* Literarum *a*, *ae*, *e* in M. I et II perpetua mutatio, quamquam in M I., nisi memoria et schedae me fallant, in terminatione Genitivi *ae* minus saepe in *e* commutatum est, quam in M II., qui, ut imprimis in histor. libr. observavi, pro *e* plerumque *ae* et pro *ae* habet *e*. Adscribam aliquot exempla, ut ipse de permutatione illarum literarum et de iis, quae sunt id generis, iudicare possis:

M I. p. 11, l. 12; 15, 8; 19, 3; 25, 4; 27, 5; 30, 8, 15, 17; 34, 10; 35, 17; 38, 12, 18; 41, 4, 8, 20; 42, 14; 44, 1, 11; 46, 4; 51, 3, 8, 13; 53, 15; 57, 14, 20; 58, 9, 17; 61 8; 64, 11; 66, 1. 2; 67, 8: 70, 9 etc., etc., etc.

Male saepe codd. scripturam propter perpetuam fere literarum *a*, *ae*, *e* permutationem hic illic mutaverunt e. c. Or. Tom. I p. 11, l. 12; p. 12, l. 8 et ibid. in M II. p. 397, l. 5.

M II. T. I, p. 327, l. 3, 6, 12; 328, 3, 5. 12; 329, 8; 330, 8, 11; 331, 5, 8, 9, 14; 332, 7, 8; 335, 4; 336, 6, 9, 13; 337, 2; 338, 6; 339, 3; 340, 4, 7; 341, 1; 343, 5; 345, 2; 346, 4; 347, 5; 350, 13; 352, 2; 353, 14; 354, 7, 9; 359, 18; 360, 4 etc.. etc., etc.

T. II, p. 4, l. 5; 6, 3, 6; 12, 1; 13, 4, 11; 15, 3, 4; 16, 3; 17, 3, 7; 20, 13; 25, 5; 26, 1; 28, 6; 29, 5; 31, 2; 32, 4, 16; 33, 1, 14, 18; 35, 3, 13 etc. etc. etc.

Has minutias qui spernit, ne legat quaso; ascripsi tantum in eorum usum, qui in arte critica se excercere volunt, ut discant ad has quoque res easque non iucundissimas attendere.

Litterae *i* in *t* mutatae exempla ad cap. IX, dial. de orat. iam attuli.

Ibid. cap. XIII, p. 484, l. 1; CUNCTANTI IN .... QUONAM ... INGREDERETUR, AN .... PLEBIS REPERIRET ANXIO etc. M. habet *cunctari* et *ansius*. Rescribo: *CunctaNtE in ... ingrederetur, an ... reperiret, anxius* etc.; *cunctante* (script. cunctate cf. v. c. Tom. II, p. 6, l. 5 et, ut saepius, *t* in *r* et *e* in *i* mutato.) sc. eo cf. Walth. ad An. 1, 29 et 6, 16 et Daehne ad Cor. Nep. Att. 11, 4 et quos ibi affert; sic libr. XVI, cap. XIV, p. 610, 14, rescribo ex Acidal. coniectura «*monito prius Anteio*». De vi voc. *cunctandi* cf. Doed. syn. III p. 294, seqq. —; *anxius* = quippe qui anxius esset, iungendum est cum ingrederetur.

Ibid. cap. XIV, l. 11; «.... COPIA etc.» Ita M. corrupte: Lipsius prob. Doederl. *cupido*, quod sibi quoque placere ait Or. Latetne in voc. *copia* OCCUPATIO? Voc. aptum, quo eum totum in curr. quad. insistendo se collocasse significaretur.

Ibid. p. 485, l. 1; «.... CUM CENARET; QUOD REGIUM ET ANTIQUIS DUCIBUS etc. At quid optimus M? «*quis* M. (per compend.)» Or. Emendo: .... *cenaret: EquOs regERE iAm et antiq.* etc. etc. etc; *equos* absorpto E ab antec. syll.,

ut saepius, in voc. *equi, equitis* etc. factun est cf. Tom. II. p. 68, l. 3; p. 90, l. 7; p. 92, l. 22; p. 191, l. 21; 313, 15 etc; *regere* syllabae ultimae exciderunt cf. Tom. I, p. 537, l. 12; lin. *g* fortasse superscr., quo *re* s. *ere* omissum esse significaretur, ut saepius, excidit; confirmat meam emendationem id, quod p. 319, l. 7 legimus; de vi voc. *iam et* cf. Hand. Turs. III, p. 138, Nro. 15.

Ibid. l. 4; M, habet *nOmen* (optime: Rhen. depravavit loc. scribendo *nUmen*, recep. a Walth. et Or.) = fama existimatio: voc. *praescium*, quod statim sequitur, qui in h. l. quadret, me non intelligere fateor. Estne ortum ex dittographia? aut ascriptum ab eo, qui *numen* correxit et numen = statuas et imagines numinis putabat; locus a Walth. et Or. ita intelligi videtur, qui sicco, ut aiunt, pede eum transeunt. At saepissime fit, ut, ubi haereas, iure haereas, ab interpretibus nihil auxilii tibi afferatur, sed, ut aiunt, altum et doctum silentium tenent.

Ibid. cap. XVI, p. 488, l. 6; «.... ADFECTAVIT, CONTRACTIS QUIBUS ALIQUA PANGENDI FACULTAS NEC DUM INSIGNIS † AETATIS NATI CONSIDERE SIMUL etc.

Optime delevit Or. punctum post voc. insignis: at in voc. *aetatis* ex nota illa mediarum syllaborum omissione latere credo *a*U*c*TORI*tatis;* voc. *nati*, si *i* hic illic, ut supra dixi, temere additum deleveris, corruptum esse videtur ex *erat:* et infinitivus *considere* ex mea sententia dependet e ver. *contractis* significatque finem, propter quem contracti erant, sc. ut considerent etc. et etc. connecterent etc.

Ibid. l. 10 recte rescripsit Or. pro ADSEVERANT TUM DISCORDIAE *adseveran*TI*um discordia;* pro *rueretur*, quod M. habet, iam supra dixit, ne malle rescribere *Frueretur* cf. ad Agr. cap. XXVII; *utque*, quod M habet, non mutandum; *que* = et quidem; malim tamen h. l. explicare *quoque*, ut in hodieque etc.

Cap. LIX, p. 529, l. 7. «HIS QUAMQUAM NERO PAENI-

TENTIA FLAGITII, CONIUGEM REVOCAVIT OCTAVIAM.» M habet *His quanquam*. Rescribo *HiCquE nEquam Nero p. fl. con. re. Or. Hic*, quod et lib. III, cop. IV, p. 155, l. 12 rescribendum esse dixi, = quum res eo loco essent, rebus ita comparatis, hoc rerum statu = ἐνταῦθα = da nun, da, bei so bewandten Umstaenden cf. Hand. Turs. III, p. 80, Daeh. et Bremi ad Nep. Milt. 3, 7. Sunt momenta temporis, ubi etiam pessimum quemque naturali quadam poenitentia commotum flagitiorum suorum poeniteat, imprimis manifesta et insigni quadam caussa, quam vocant exteriorem, accedente, quae animum eius ad tempus vehementer permovet. Tunc ad sanitatem reverti et ad bonam frugem se recipere videtur; iam iam bene agere incipit, vitam laudabiliorem exorditur. At mox a consueta libidine aliave animi perturbatione recrudescente vehementius incitatus ad id, de quo desistere velle videbatur, redit et quasi demiratur, quod tam stulte agere, quod sic id, quo delectabatur etc., abiicere potuerit, revertiturque, ut canis, ad suum vomitum. Hoc quoque accidit Neroni. Tacitus igitur narrans, a Nerone coniugem revocatam esse, sciens, re improvisa atque inopinata motum imperatorem ita egisse moxque ad priorem vitam reversurum esse, subiratus, indignabundus addit vocabulum *nequam*. — Hoc loco praeceptoribus, qui superioribus Gymnasiorum classibus praesunt, auctor sum, ut mathematicis quae vocantur *altioribus* in perpetum ex iis, quae in Gymnasiis discipuli docentur, exterminatis (pertinent enim ad ea, quae a magistris academicis tradenda sunt) discipulos suos logica et psychologiam breviter, distincte ac distribute doceant non obliviscentes, *Gymnasiastas* (ut brevitatis studio ductus hoc vocabulo utar) a se erudiri, non *illos humanissimos viros, ornatissimosque comilitones!*

Quae sequuntur, optime emendavit Grotius; cuius explicationi accedere nequeo. *Veneratio* h. l. non est deorum,

sed ipsius Neronis; repetitur = *resumitur* cf. Forcel. in v. Populus ob flagitia Neronem non venerabatur; at simul ac vidit ac putabat, Neronem in viam redisse ideoque revocasse Octaviam, redit quoque ad venerationem studioque hanc venerationem Neroni ipsi exhibendi gaudioque, quod imperator mores suos mutavit, abreptus iam et in Palatium eum visurus irrumpit idque clamoribus (i. e. *clamore et gaudio*, ut apud Tacit. Hist. 2, 70 legimus) complet.

Lib. XV, *cap.* XL, p. 566, l. 1: «NECDUM POSITO METU REDIBAT LEVIUS RURSUM GRASSATUS IGNIS etc. M habet *necdum post metus aut rediebat* («sic» Or.) *lebis rursum.* — Rescribo: *Necdum posItUS metus, ut* (s. *et*, de quo vide Hand. Turs. II, p. 483, N^ro^. 17), *redibat levius rursum grassatus* (s. *grassaturus* ex Lipsii coniectura) etc.: *ut* et *aut* atque *et* sexcenties permutantur; sic Walther p. 204, l. 13 recte coniecit *aut* pro *ut*.

Cap. LI, p. 578, l. 10: «NEQUE SENATUI QUOD MANERE. SED PROVISUM etc. M. habet *qd* et hoc *quod* esse ait Or., qui optime *senatUM* et *织* rescripsit. Rescribo deleto puncto post *orditur:* «*neque senatum quIdEM maneret*, A SE *provisum* etc. De vi *neque — quidem* cf. Hand. Turs. IV, 145, N^ro^. 3, et de *coniunctivo* post neque ib. p. 118 sqq. (Tom. II, p. 196, l. 6 *nec*, quod M habet, retinendum); de vi voc. *manendi* cf. Forcell. in v.; *a se* rescripsi pro sed, et sic p. 253, l. 17 pro *sed* malim *se* rescribere, quam intelligere; *a*, ut hic illic, excidit cf. e. c. Tom. II, p. 40, l. 11.

Libr. XVI, *cap.* XVII, p. 615, l. 12: «QUO INTERFECTO DUM .... REQUIRIT, ACCUSATOREM CONCIVIT FABIUM ROMANUM, EX INT. LUCAN. AMIC.. MIXTA INTER PAT. FIL. CONIURAT. SCIENTIA FINGITUR, ADSIMULATIS LUCANI LITTERIS. At quid optimus M? *FingUNtur*. Rescribo. — *accusatorem concivit Fab. Rom. ex int. Lucani amicis, mixtAM int. pat. filiumque coniurat. scientIAM. Finguntur adsimulatae Lucano litterae. Mix-*

tam (*a* pro *am* saepissime invenitur, sic. p. 394, l. 14 rescribo ex MSS Guelf et Agric *erupturam* cf. Tom. II, p. 17, l. 13; p. 30, l. 13; p. 49, l. 6 etc.) sc. esse, voc. mixt. etc. scient. dependent ex antecedenti voc. accusatorem concivit; *Lucano* est comparatio, quae dicitur, compendiaria cf. Kueh. ad Cic. Tusc. I, 1, 2, p. 43.



ANNALIUM.

LIBR. I. CAP, I et II.

P, C. HOOFTO, BELGICO INTERPRETE.

CAP. I.

De ſtadt Rome heeft in den beginne onder Kooninghen geſtaan. De vryheit en 't Burghermeeſterſchap is van L. Brutus opgebraght. 'T hoogh gezagh (1) werdt maar als 't pas gaf (2) gegeeven, de maght der Tienmannen heeft ook booven twee jaaren niet, en het Burghermeeſterlyk recht der Kryskornellen eenen korten tydt geduurd. Langh en ſtondt nocht Cinnaas, nocht Sullaas heerſchappy, en de mooghenheit van Pompeius en Craſſus is haaſt aan Cæsar, de waapenen van Lepidus en Antonius aan Auguſtus toegevallen: die alles, door de burgheroorlooghen afgemat, op den naam van Vorſt onder zyn gebiedt ontfangen heeft. Maar de voor- en teeghenſpoedt van den ouden Staat is van doorluchtighe Schryvers te boek geſtelt: om ook te verhaalen 't geen toen geſchiedt is, en heeft het den tyd van Auguſtus aan geen fraaye vernuften ontbrooken, tot datze, door 't aangroeien der vlaaierye, bedorven. De regeeringh van Tiberius, Caius, Claudius, en Nero zyn, terwyle zy bloeiende waaren, (3) uyt vreeze ter quaader trouwe, naa hunnen ondergank met heeten haat vermeldt.

(1) Dictatura. (2) Ad tempus: Voor een tydt. (3) Bloeiden.

Dus ben ik te raade geworden, weenigh van Auguſtus, en 't uitterſte te verhaalen: thans het Vorſtendom van Tiberius, en de reſt zonder gunst oft gramſchap, waar toe ik, als zoo veel laater koomende, geen oorzaak heb.

CAP. II.

Naa dat Brutus en Caſſius verſlaaghen zynde, nu geen krysvolk meer voor den Staat ([1]) hieldt; Pompeius by Sicilië verdelght; door, 't ontwaapenen van Lepidus, ombrenghen van Antonius, zelfs der Juliaanſche parthye geen ander Veldtheer dan Cæſar ooverſchoot, begon hy, afſtaande den naam van *Drieman*, ([2]) maar voorgeevende dat hy Burghermeeſter was, ([3]) en om de gemeente te handthaaven met het recht ([4]) van Gildthooft te vreede, naa dat de zoldaat door ſchenkaadjen, 't volk door goêkoop koorens, alleman door de zoetheit der ruſte bekoort was, allenskens te ryzen, de ampten der Vroedtſchap, ([5]) der Wethouderen, der wetten aan zich te trekken, zonder yemandts teeghenſtant; gemerkt de braafſten in 't velt, oft door den moortban waaren omgekoomen: d'andere edelen, hoe elk gewilligher ter dienſtbaarheit was, met eer en rykdoom hoogher verheeven werden: en by de nieuwe regeeringe gevordert, liever hadden zich aan 't geen veiligh en voorhanden was te houden, dan aan het oude, dat groot gevaar in hadt, te vergaapen. De verooverde Landtſchappen ([6]) vonden ook geen weêrſmaak in deeze geſtaltenis der dinghen, hebbende quaadt oogh op de heerſchappye van de Vroedtſchap en 't volk, om de tweedracht der grooten, en gierigheit der Majeſtraaten: ([7]) «Weezende »de wetten van quaaden toeverlaat, als die door geweldt, »door gunſt, ([8]) en entlyk door geldt, te loor geſteld werden.»

([1]) Republyk. ([2]) Triumviri. ([3]) Voorgeevende maar Burghermeeſter te zyn. ([4]) Tribunitio jure. ([5]) Senatus. ([6]) Provinciæ. ([7]) Overheeden. ([8]) Ambitu: Kuipery.

LIBR. XIV. CAP. LII—LVI.

CAP. LII.

De doodt van Burrhus kneusde Senecaas moogenheit, door dien het eerlyk beſtier (¹) niet van eeven groote kracht was, zynde als d'eene leidtsman wegh genoomen, en Nero helde tot de ſnoodtſten. Deeze ranſen Seneca met verſcheide beſchuldinghen aan, *als oft hy zyn' geweldige en boven de burgerlyke* (²) *maate geſteege rykdomen noch vermeerderde, en dat hy de gunſte der burgeren t'hemwaarts wendde, in genuchlykheit van tuinen ook, en heerlykheit van hoeven bynaa den Vorſt te booven ſchreedt. Zy leidden hem ook te laſte, dat hy den lof der welſpreekenheit aan zich alleen trok, en dikwyler dichten maakte, ſint dat Nero daar liefde toe gekreegen hadt. Want dat hy 's Vorſten vermaaklykheeden niet lyden moght, toond' hy opentlyk. Hy sprak afdraghtigh van de kracht des zelven in 't beſtieren der paarden, ſpotte met zyn' ſtem, zoo dikwyls als hy zongh. Waar toe doch, en had' er niet achtbaars in 't heele ryk* (³) *te zyn, 't en waar men geloofde dat het van hem gevonden was? Zeeker Neroos kindtsheit was uit, en zyn' jeugdt in haare kracht. Hy zoude den meeſter de ſchup geeven, zynde onderrecht van genoegh treflyke leeraars, zyn' voorouders.*

CAP. LIII.

Maar Seneca, niet onweetende hoe men hem vermaakte, mits dat het hem geopenbaart werdt door de geenen, dien de eere eenighſins ter harte ging, en dewyl Cæsar hoe langer hoe afwyziger van zyne gemeenzaamheit was, bidt om tydt tot ſpraake: en dien verworven hebbende, heft aldus aan: *'T is nu 't veertiende jaar, Cæsar, van dat*

(¹) Bonis artibus. (²) Privatum. (³) Republica.

ik beroepen werdt tot het queeken der hoope, die gy van u gaaft (1), *het achtste, dat gy 't ryk in handen hebt. Midlertydt hebt gy zoo veel eeren en rykdoomen op my gehoopt, dat myner voorspoedt niet ontbreekt, als 't maatighen der zelve. Ik zal groote exempelen gebruiken, en die van myne fortuine niet zyn, maar van d'uwe. Uw oudtovergrootvader* (2) *Augustus heeft aan M. Agrippa toegelaaten zich tot Mitylene in stilte te vertrekken, aan C. Mæcenas zoo veel als een' uitlandtsche leedigheit, in der stadt zelf. D'een der welke zyn' metgezel in de oorloogen geweest, d'ander te Rome, in veelerley moeite gehobbelt,* (3) *treflyke belooninghen wel, maar voor geweldighe verdiensten, ontfangen hadden. Ik, wat heb ik anders van dienstdaadigheit* (4) *konnen bybrengen, als de studiën, zoo te zeggen, in de schaaduwe opgevoedt? uit de welke my een glans ontstaat, omdat ik schyne over 't eerste onderwys uwer jeughdt geweest te hebben, een' groote vergeldinghe deezer zaake. Maar gy hebt my ongemeete gunste, ontelbaar geldt doen hebben, zoo zeer, dat ik gemeinlyk by my zelven overpeinze* (5): *wordt ik dan, die van Ridderlyke en wingewestlyke afkoomst gesprooten ben, onder de Vorstelingen der stadt getelt? Is myne jonkheit van geslacht* (6), *onder de edelen, en die met eeren van hooghe afgereekent praalen, gekoomen uit te blinken? waar is dat gemoedt aan 't maatigh genoeghende? Alzulke hooven rust hy toe, en door deeze hoeven, onder de stadt leggende, gaat hy treeden, en zoo ruim komt het met hem om* (7), *van akkers wydt begreepen, van geldt op woeker. Eene verdaadigingh vind ik, dat ik my teegens uwe giften niet heb moeten verzetten* (8).

---

(1) Spei tuæ admotus sum. (2) Abavus. Lips. (3) Jactatus: gehobt. (4) Munificentia: mildtdaadigheit. (5) Volvam: Overwentel. (6) Novitas. (7) Exuberat. (8) Obniti: 't schrap stellen.

CAP. LIV.

Maar beide hebben wy de maate vervult, gy zoo veel als een Vorſt aan zynen vriend kon ſchenken, en ik zoo veel als een vriend van eenen Vorſt ontfangen kon. Wat daar booven gaat, vermeert de nydt. De welke wel, gelyk alle aardtſche (1) *dinghen beneeden* (2) *onder uw' grootheit leidt; maar my op den halze; my heeft men te baate te komen. Gelyker wyze, als ik in den krygh, oft op wegh vermoeit zynde, om ſteunſel bidden zoude: alzoo op dit padt des leevens, oudt zynde, en ook teegens d'allerlichtſte bekommeringhen niet moogende, dewyl ik myne middelen langer niet draaghen kan, verzoek ik byſtandt. Beveelt de zelve door uwe verzorghers geregeert, in uwe fortuine ontfanghen te werden. Nochte zal ik my zelf in armoede verstooten. Maar overleeverende 't geen my met zyn' schitteringh verstreemt,* (3) *zal ik allen den tydt, die nu tot het acht geeven op hooven oft hoeven wordt uitgeſchooten,* (4) *aan het gemoedt te koſte leggen. Gy hebt kraften t'over, en 't beſtier der hoogheit ſtandt gezet* (5), *door zoo veel jaaren. Wy vrienden van hooger ouderdoom konnen met ruſten voldoen* (6). *Dat meede zal t'uwer gloorie gedyen, dat gy de geenen ten hooghſten hebt opgetooghen, die zich ook met het maatighe lyden konden.*

CAP. LV.

Waar op Nero vaſt aldus geantwoordt heeft:

Dat ik uwe overzinde reede terſtondt te keere gaa, (7) *dat erkenn' ik ten eerſten voor een weldaadt van u, die my geleert hebt, niet alleen voordachtelyk, maar ook ter yl zeghvaardig zyn. Myn oudtovergrootvader Auguſtus*

---

(1) Mortalia: ſterflyke. (2) Infra: laagh. (3) Perſtringor: ſchrabt.
(4) Seponitur: ter zyde geſtelt, geſpaart. (5) Zich gezet. (6) Reſpondere.
(7) Occurram.

heeft aan Agrippa en Mæcenas vergunt, naa hunnen arbeidt, onbekommert te leven, maar in dien ouderdoom, wiens achtbaarheit handthaaven kon, 't geen dat hy hun, 't was wat het was, toegevoeght hadt. Dan hy heeft nochtans geen van beiden kaal gemaakt (1) *van de belooninghen, die hy hun gegeeven hadt. Zy hadden ze in den krygh, en met de gevaarlykheden verdient. Want hier meede heeft de jeughdt van Augustus te doen gehad. Nochte en zouden my uw geweer oft handen ontbrooken hebben, zoo ik de waapenen gehanteert hadt. Maar gelyk de jeegenwoordighe geleegenheit vereischte, hebt gy met reede, raadt, berichtingh,* (2) *myne kindtsheid, daarna myn' jeughdt gequeekt. En zeeker de gaaven die ik van u ontfangen heb, zullen, zoo lang my leeven overschiet, eeuwigh weezen. Die gy van my hebt, hooven, woeker, hofsteeden, zyn 't geval onderworpen; en alhoewel dat het veel schynt, meenigh man, by uwe konsten niet haalende, heeft meer verworven. Ik schaame my vrylinghsche luiden te melden, die men in meerder rykdoom ziet. Waar over my schaamroodt maakt, dat gy booven alle van my gelieft, hen noch niet in fortuine te booven gaat. Maar gy zyt noch van kloeken ouderdoom, die bestaan kan om de dinghen en de vrucht der dinghen te genieten, en wy en doen niet dan eerst ter baane der regeeringhe intetreeden. 'T en zy gy misschien u booven Vitellius driemaals Burgermeester, en my booven Claudius zet. Maar zoo veel als een' langhe spaarigheit aan Volusius heeft overgewonnen, zoo veel kan myn' miltheit jeegens u niet vervullen. Jaa, zoo de slibberigheit onzer jeughdt t'eenigen weeghe afwykt, helpt gy ze te recht, en bestiert, met grooter vlydt, haar ongeordende kracht. Niet uwe gemaatighheid, zoo gy 't geldt weeder uitkeert, nocht uwe gerustheid zoo gy den Vorst*

---

(1) Exuit. (2) Onderwys.

verlaat, maar myne gierigheit, de ſchrik myner wreedtheit, zal op alle mans tonghe ryden. Indien ſchoon ten hooghſten uwe mydenheit (1) *moght gelooft worden,* «ZOO »ZOUD' HET *nochtans geenen wyzen man betaamen, gloorie »te vangen* (2) *uit het geen dat hy tot laſter van zynen »vriendt gedyen deedt.»*

CAP. LVI.

Hier by voeght hy omhelzen en kuſſen, zijnde van aardt geſchaapen, en door gewoonte geoeffent, om zynen haat met bedrieghlyk liefkoozen (3) te bewimpelen. Seneca ('t welke altydts 't laaſt is by den heerſcher) doet dankzegging; maar wiſſelt van reegel noopende de voorighe moogenheit. Weert de troepen (4) van de begroeters: ſchuwt de verzelſchappers: zich zelden door ſtadt zien laatende, als oft hy van ziekte oft de ſtudiën der wysheit by huis gehouden werdt.

(1) Continentia. (2) Bejaagen. (3) Blanditiis. (4) Cætus.



CAPUT QUINTUM.

Agitur de aliquot locis, qui apud Tacitum in libro Historiae inscripto leguntur, emendandis et explicandis etc.

In animo habebam, omnia, quae de Taciti locis corruptis emendadis et explicandis etc. nunc in medium profero, ad certa capita redigere. De quo proposito mox destiti, quia iis, qui haec legant, commodius esse mihi videbatur, eum ordinem in iis, quae hoc libello explicare volebam, conscribendis servare, quem in emendandis et commentandis iis locis, de quibus cap. I., II., III. egi, secutus sum.

Libr. 1, *cap.* 1, p. 3, l. 4; Recte Or. M ipsum H. 3, 25, secutus rescripsit *averseris*; voc. adverseris fortasse ex eo ortum est, quod pro *averseris* scriptum erat *aberseris*, quem ad modum pro *v* plerumque M *b* exhibet, s. *abverseris*, quod quum non intelligerent, *adverseris* scripserunt: R. Klotz in v. *adversandi* et germ. editor lexici a Forcell. conscripti recte in iis locis, in quibus *adversari* cum accus. rei v. pers. iunctum invenitur, *aversari* rescribendum esse contendunt.

Ibid. cap. II, p. 4. l. 4; OPUS ADGREDIOR OPIMUM CASIBUS etc. M habet *opibus* pro *opimum*. Rescribo: *opus adgredior* *o*D*i*OS*u*M *casibus;* scriptum fortasse erat ex nota illa mediarum syllabarum omissione *odius* cum lin. super *us*,

quo us = um esse significaretur: quod quum librarius non intelligeret, ex accomodatione ad sequens voc. *casibus* scripsit *opibus*. Vocabulo *odiosi* nullum aliud melius in h. l. convenire, quivis videt, qui attendat ad ea, quae sequuntur, *atrox*, *discors*, *saevom*. *Odiosum* interpretor *widerlich* cf. Forcell. in v.

Ib. cap. VII, p. 11, l. 3; «... ET INVISO SEMEL PRINCIPE, SEU BENE SEU MALE FACTA PREMUNT. M. habet *principI*; «*pmunt* M. sed syllaba *munt* clare legi nequit, videtur prope *minuit*.» Or. Rescribo:» *et inv. s. prinsipI s. l. s. m. facta* PARIEBANT INVIDIAM: *pariebant*, ex nota mediarum syllabarum et literarum finalium omissione et ex more posito *ae* pro *e* ortum est *praem* (habent quidam — vid Walth. ad. h. l., qui recepit — *praeminuit*) exemplâ verborum, quae exciderunt, supra adscripsi; *invidiam*, syll. *iam* ob sequens iam excidit, literarum *d* et *t* frequentissima mutatio; *u* = *v*. Non multum absum, quin item p. 294, l. 4 ubi M *superiori unam* habet et nunc ex Lipsii correctione *fortunam* legitur, rescribam *invidiam*. At Tom. I, p. 472, l. 6 optime defendit Or. *iniurias*, quod M. habet.

Ib. cap. XI, p. 15, l. 4; recte M habet *cessur*A, quod Or. mutare non debebat in *cessur*AE. Ut hoc addam, in histor. libris obervavi, nisi fallar, M ubique fere *a* habere, ubi vocabula in *a* desinant necesse est.

Ib. cap. XII, p. 16, l. 7; Male Or. *ambitio*N*is*, quod M habet, mutavit in *ambitio*S*is*; p. 63, f. 7 retinuit *seditio*N*is*, quod Bud. babet.

Ib. cap. XII, p. 17, l. 17. Male Or. *accersiri*, quod M habet, mutavit in accersi cf. R. Klotz in v. et quos ibi affert.

Ib. cap. XV, p. 20, l. 1: «ET IAM EGO etc.» Ego praefero, quod MSS Agr. habet, *etenim* = ia, naemlich cf. Hand. Turs. II, p. 541, N^ro^. 2.

Ib. cap. XXII, p. 25, l. 11, *credi*, quod M habet, reddendum esse credo.

Ib. cap. XXVI, p. 27. l. 11; M habet *dierum*. Latetne in eo *iterum?*

Ib. cap. XXXI, p. 31, l. 17. «.... FORTE MAGIS ET NULLO ADHUC CONSILIO PARAT SIGNA, QUAM QUOD etc. In M deest *quam*, quod Freinsh. inseruit. Alii alio modo hunc locum sanare studuerunt. Rescribo ... *signa*, AC *quod* etc.; *ac* ob ultimam antecedentis vocabuli syllabam excidit; de voc. *ac* cf. Hand Turs. I, p. 472, Nro. 17, p. 559, Nro. 11.

Ib. cap. XXXII, p. 33, l. 6.: «... SI RATIO SIT etc.» At M? *spiratio*. Rescribo *si* QUA *ratio*; sic p. 495, l. 3 ex *qd* (*d* cum lin. transversa), quod P habet, rescripsi *aliquo*.

Ib. cap. XXXVI, p. 35, l. 7, M habet *pressare* ut Ann. 14, 10, quod reddendum est; ex quo p. 31, l. 15 *donativo* et p. 34, l. 12, quia praestat variatio, *ferocis* rescribendum.

Ib. cap. XXXVII, p. 36, l. 10: «..... QUAE USQUAM PROVINCIA, QUAE CASTRA SUNT etc.» At M? *quae in castris*. Recte! Rescribo: *quae usquam* (*in* addit ed. Spir., quod facile quidem excidere potuit; sed variata est constructio) *prov.*, *quae in castris sunt* etc.. Quod *ibid.* l. 15 rescripsit Or. *paraverunt* a Guelf. et Puteol. excogitatum, et *petiverunt*, quod Ritterus voniecit, mihi displicent; *perdiderunt* olim coniiciebam; at quamquam ad lectionem M propius accedit, non satis tamen in h. l. quadrat, uti et *perierunt*, quod M. habet et Walth. pro *et aegialii*, quod M habet et Or. in *Aegiali* mutavit, *et qui alii* (et si qui alii Bach) rescripto recepit; ego *rapuerunt*, quod Walth. ex *rapuit* intelligere vult, s. *sibi pepererunt* — cf. Terent. And. 4, 5, 2 — malim rescribere.

Ib. cap. XLI, p. 39, l. 3; ex M *Galba*E reddendum, uti *ibid. cap.* XLII, l. 14 *conscientia*.

Ibid. cap. XLIII, p. 40, l. 5; «..... COHORTIS, A GALBA CUSTODIAE PISONIS ADDITUS etc. M habet .... *custodiaet Pisonis*, unde rescribendum esse credo *custodiae c*AUSS*a Pisoni*

additus etc. scriptum fortasse erat *custodiae cā* i. e. caussa, quod propter abbreviationem (h. vocab. utenti mihi liceat) cum *ea* confusum esse docet Drak. ad Liv. Tom. I, p. 283, et cum *tā* sive tam Tom. II, p. 720, et scriptum *Câm* = caussam cum *Tâm* i. e. tamen Tom. I, p. 1072.

Ib. lin. 11 et p. 240, l. 12, interposuit Or. *a*; at Tom. I, p. 150, 5 habet: *crediderim Tiberio et Augusta etc. cohibitam*, pro quo Doed. maluit *Augusta*E, cui *ib.* p. 555, l. 16 *Corbuloni non vitatus* rescribenti assentior; T. II, p. 203, l. 15 *a* non opus est.

Ib. cap. LI, p. 46, l. 14; «.... EXPEDITIONEM ET ACIEM, PRAEMIA QUAM STIPENDIA MALEBAT etc. Credo, ante *praemia* excidisse praepositionem OB, ut Tom. I, p. 423; l. 11.

Ib. cap. LV, p. 50, l. 17 *aut* cf. ad Germ. cap VII; *ib. cap.* LVII, p. 51, l. 15 M habet *gressus*: recte, cf. Auct. B. H. cap. 39; et *ibid. cap.* LVIII, p. 52, l. 7 reddenda est elegans Doederl. coniectura *raro s. perraro*: posterius praestat: media syllaba excidit, ut sexcenties.

Id. cap. LXII, p. 54, l. 17; «NOMEN GERMAICI VITELLIO STATIM ADDITUM At M? *nom* cum lin. et *addito*. Recte! reddendum est! Item Tom. I, p. 420, l. 8 *additis* ex M rescribendum pro *abditis*.

Ib. cap. LXIII. p. 55, l, 7; «..... TERRUIT, RAPTIS DEREPENTE ARMIS etc. M. habet *raptisae*, unde rescribere voluit Pichena *raptisque*, ita ut oratio ἀνακόλουθος sit. Coniiciebam olim *rapt*A SUNT *repente arm*A etc.; *armis* ex accomodatione ad *raptisae*, quod librarius non intelligebat: ut *raptisae* ex abbreviatione *rapta sunt* h. l. ortum esse credo, sic p. 469, l. 1 pro *illustres et*, quod P habet, *illustres sint* rescripsi.

Ibid. cap. LXIX, p. 59, l. 12: «.... MILITIS ANIMUM MITIGAVIT, UT EST MOS VULGO, MUTABILEM SUBITIS ET TAM PRONUM IN MISERICORDIAM QUAM etc. At a, b *vulgus* habent et *mutabile*. Rescribo .... *mitigavit* ET, *ut est mos, vulg*US, *mutabil*E

subitis, et (= etiam) *tam pronum* (sc. erat s. fuit) *in misericordiam* (a, b misericordia, ex errore), *quam immodicum saevitia fuerat.*

Ibid. cap. LXX, p. 61, l. 11; «,... Petronium † urbi procuratorem etc. «Magis etiam placeret Duebneri coniectura *Norici*, nisi quartum ante vocabulum esset Noricum.» Or. Quod flocci faciendum est: nam *Tacitus ipse* p. 159, l. 10; «.... *ac Noricorum ius. ad oc. rip. Aen. flum., quod R. Noricosque interfl.*» Cf. quoque, quod Or. ipse p. 81, l. 14, scripsit.

Ibid cap LXXI, p. 61, l. 12; nec Otho quasi ignosceret, sed ne † hostes metueret conciliationis adhibens etc. Rescribo: .... *sed ne host*EM SE *metueret, conciliationi*BUS *adhibi*TIS EUM *statim* etc.; *hostem se* in *hostes* ex abbreviatione hostê s'; — signis abbreviationis omnissis corruptum est; *hostem se* i. e. Othonem; *metueret* sc. Celsus; *conciliationibus* ex nota syllabarum omissione scriptum erat conciliationis, *adhitibis eum* scriptum erat fortasse adhibs̃. eû, ambiguo ductu inter *u* et *n*.

Ut *ibid. cap.* LXXIV, p. 64, l. 4 *alios* delendum est, ita cap. LXXVII, p. 65, l. 18 inter voc. *distractis exercitibus*, quum post v. distractis in versus fine M exhibeat tres quattuorve litteras iam non legibiles, interponendum esse credo *omnibus* (oms cum lin.) vel *iam*, et p. 66, l. 12, quia «M *pqse* (*p*) caudatum pro; inter litt. *qs.* superscr. *v* habet» Or. *Pomptinio* QUOQUE, uti cap. LXXIX p. 68, l. 15 pro: ibi saevitia hiemis et vi volnerum (*hic mia* cum lin. — «i. e. miseria» Or. — M habet) *ibi saevitia hiemis* FAMIS AUT *vulnerum* — *aut* C. Schneider optime emendavit — et cap. LXXXII, p. 71. l. 8 pro *postulauat*, quod M habet, *postulavit*, ut Or. Tom. I, p. 138, l. 12 pro *iuvat*, quod M habet et ego cum ed. pr. et Lips. pr. praefero, *iuvit* in Taciti verba recepit, rescribendum esse credo.

Ibid. cap. LXXXIII, p. 72, l. 6: «Si ubi iubeantur,

QUAERERE SINGULIS LICEAT, PEREUNTE OBSEQUIO ETIAM IMPERIUM INTERCIDIT. At quid M habet? *sic ubi*. Rescribo: *Si sic, ubi iubeantur* etc. sic = *οὕτως*, *ἁπλῶς* = so ohne weiteres. Tom. I, p. 504, l. 7: «....*coloniae; iam Oceanum cruento aspectu, dilabente aestu humanorum corporum effigies relictas, ut Britanni ad spem, ita veterani ad metum trahebant.*» Ita Or. ex optima (?) Lipsi emendatione. At quid M habet? *oceanus cruento aspectus sic labente... relictae... trahebantur*. Rescribo.... Iam oceanus cruento aspectu, sic, labente aestu, humanorum corporum effigies relictae; ut Brit..... trahebantur etc., *sic* = negligenter, sine cura etc. cf. Forcel. in v.

Ibid. cap. LXXXIV, p. 42, l. 14. Rescribo ex M: «*Sic a maioribus accepimus, sic posteris tradamus.*» Quod multo nervosius est, quam *sicut*, quod ex mea sententia h. l. languidius est.

Ibid. cap. LXXXVII, p. 76, l. 6, «.... AD OBSERVANDAM HONESTIOREM FIDEM COMITATUS.» At *a*, *b* habet *immutatus*. An.: *insuper additus?*

Ibid. cap. LXXXVIII, p. 77, l. 8: «.... MULTI AFFLICTA FIDE IN PACE, AC TURBATIS REBUS ALACRES ET PER INCERTA TUTISSIMI. «.... Adhaeret tamen scabri aliquid.» Walth. Recte! Habent *a*, *b*, Spir. *ac si*. Rescribo: *multi afflicta fide in pace* ANXII, *turbatis rebus* etc.

Ibid. cap. LXXXIX, p. 77, l. 15: «SUB TIBERIO ET GAIO TANTUM PACIS ADVERSA REI PUBLICAE PERTIMUERE. Habent a, b, *r. p.*, quod nominativum esse credo: nam ut genit. s. dativ. etc. esse significarent librarii, scripsissent *rei p.*, ut e. c. p. 117, l. 3; p. 151, l. 14; p. 30, l. 8 M habet *re. p.* («*sic*» Or.) = p. 46, l. 4 M habet *rem. p.* = rem publicam; p. 19, l. 3, p. 39, l. M habet re: p. = re publica etc. etc. cf. T. II, p. 215, l. 11; p. 222, l. 8; p. 224, l. 7; p. 248; l. 3; p. 251, l. 16; T. I, p. 235, l. 9; p. 420, l. 1; p. 434, l. 16; p. 512, l. 8; p. 578; l. 11; p. 579,

l. 2. Rescribo.... *res publica per*TULERAT. Exempla, si tanti est, vid. ap. Forcel. in v. *perserendi*.

Libr. II, *cap.* IV, p. 86, l. 7; «.... TANTUM HIS VIGORIS ADDIDERAT INTEGRA QUIES ET INEXPERTI BELLI LABOR. Malim rescribere *inexpert*US (ita et Rhen. rescripsit) bell*is a*RD*or* (Rhen. rescripsit). Tacitus vocab. *inexperti*, sive activa, sive passiva eius est significatio, cum abl. coniungit cf. Tom. I, p. 603, l. 1; (*lascivia* rec. ex Oth. emend. Or.), Tom. II, p. 10, l. 11; p. 133, l. 10; p. 448, l. 4 (expertum); s. quod propius ad M accedit *inexperti belli ardor*.

Ibid. cap. VII, p. 88, l. 3; «.... SED BELLANTIBUS ALIIS PLACUIT EXPECTARI BELLI EXITUM. VICTORES VICTOSQUE etc. M. habet *bellû cû hi* vel *In*. Malim rescribere „» .... *expectari;* (*in*) *bello* ENIM etc.

Ibid. l. 8: IGITUR ARMA IN OCCASIONEM DISTULERE VESPAS. MUCIANUSQUE NUPER, CETERI OLIM MIXTIS CONSILIIS; OPTIMUS QUISQUE AMORE REI PUBLICAE: MULTOS ....., ALIOS... RES. In his credo latere vitium. Qui, si ea, quae sequuntur, perspecta sunt, ad vocab. *ceteri* verbum *distulere* intelligi possit, non video. Requiritur, nisi me omnia fallunt, verbum aliquod, quod oppositum est verbo *distulere;* quod latere credo in vocabulo *nuper*, quod h. l. mirum in modum languere et a Tacito non scriptum esse videtur. Rescribo:.... *distulere Ves. Mucianusque*, *C*E*per*E etc. ita omnia pracelare inter se cohaerent.

Ibid. cap. X, p. 89, l. 20: «.... INFIRMUM AUT VALIDUM RETINEBATUR. AD HOC TERRORIS etc. M. habet *retinebat*, pro *hoc hunc*. Rescribo: *validum retinebant* (sc. patres) — retinebant Boett. quoque (cf. Kiess. ad h. l.) coniecit — s. *retinebatur adhuc* (Walth. rescripsit) *terror*I. *Et propria* etc.

Ibid. cap. XX, p. 96, l. 3, «.... INSIGNI EQUO etc.» At M? *insign*IS; recte! Sic. cap. VIII, p. 89, l. 1. M habet *multi*, quod item reddendum et pro *erectis* rescribendum *erecti;* p. 12, l. 5 ex M *metus* reddendum; at Tom I,

p. 400, l. 9 cum Rotho ad Agr. p. 114 rescribo: .... *cum privatI olim conversationes curaret* ET... *oblectaret;* quamquam ibid. p. 511, l. 8 ex M *senatusque, in quo ipso* rescribo et genet. *senatus* ex praecedenti voc. *concursu* dependere credo.

Ibid. cap. XXIII, p. 99, l. 8: «.... AN. GALL. ET SUETON. PAUL. ET MAR. CELS. († NAM EOS QUOQUE OTHO PRAEFECERAT) VARIIS etc. «Haec verba delenda esse Ritterus mihi persuasit.» Kies. Non item mihi. Ego pro *nam* rescribo *iam*, quo Tacitus ipse p. 274, l. 2 usus est. *Nam* et *iam* confundi docui p. 53, ubi typotheta verba margini chirographi apposita: «de *iam* et nam permutatis cf. Hand. Turs. III, p. 157; et de *iam* transitum parante idem l. l. p. 145 et de vi voc. *quatenus* cf. Walth. ad. cap. V», omisit.

Ibid. cap. XXV, p. 100, l. 16: «.... LEGIONUM ADVERSA FRONS etc.» Rescribo *legio* UNA AB *adversa fronte;* verbis male in unum contractis corruptela orta est; *adversa fronte* qui habent, vid. ap. Walth.; *ab* ob primam sequentis vocabuli syllabam excidit.

Ibid. cap. XXXI, p. 104, l. 10. Rescribo cum Rhenano. V*itellius..... sibimet hostis* etc., quia proxime ad M accedit.

Ibid. cap. XXXII, p. 105, l. 7: «.... ETSI ALIQUANDO etc. At M habet *etiam.* Rescribo UT *iam* etc. (MSS. Agr. *etiam ut*) cf. Hand. Turs. III, p. 140.

Ibid. cap. XXXIII, p. 106, l. 4: «.... ET OHLO etc.» At M habet *et ut.* Deleto *ut* partic. *et* eam habet vim, de qua explicuit Hand. Turs. II, p. 484. Paene malim rescribere *aut* = oder vielmehr cf. Hand Turs. I, p. 541; *in incerto;* M h. l., uti et p. 58, l. 19, omisit *in.* Recte!

Ibid. M *cap.* XXXVI, p. 107, l. l. 12, haud scio, an non immutandum sit, quod M habet, *arruptis*, item 240, l. 17 *arripiunt,* quamquam priori *r* ab ead. m., ita p. 109, l. 13 *veniam*, ut Or. coniecit, quia vestigia M ad id ducunt

et ed. Spir. veniā habet, et p. 129, l. 9 *severitate*, p. 134, l. 2 *inchoaturi*, et p. 149, l. 18 *aquil*AS (M habet *aquila*), Lipsii coniecturam, praefero.

Cap. LXXVI, p. 134, l. 15: «.... SPLENDIDIOR ORIGINE etc.» M habet: *splendiorj*; similiter p. 48, l. 17 *decorj*, ubi «forte decor,» inquit Bait., «i. e. decorus» Recte. Rescribo *splendidior* IS. Ut id h. l. addam p. 227, l. 1 ex ed. Spir. rescribendum esse credo ...*decora ipsi*US *iuventa* etc.

Ib. cap. LXXX, p. 138, l. 9 «.... TANTAE MUTATIONIS etc.» At M habet *multitudinis.* Quod quum in h. l., quidquid Walth. et Dueb. dicunt, non quadret, alii aliud coniecerunt. Ego rescribo *m*AGN*itudinis*, quod propius ad. M accedit. Exempla, si desideras, vid. ap. Forcel. in v.

Ibid. cap. LXXXVIII, p. 144, l. 1; «.... VERNACULA UTEBANTUR URBANITATE etc.» Paene malim rescribere *Abutebantur*, quod interpretor *den uneingeschraenktesten Gebrauch machen*, syll. *ab* ob ultimam antecedentis voc. syllabam excidit. Similiter p. 111, l. 13, ubi M habet *uo clamantium* (ed. Spir. *vo lantiumque*), rescribo *Avolantium.*

Ibid. cap. XCIV, p. 147, l. 19: «SUPER INSITAM MARCENTI ANIMO IGNAVIAM etc.» Ita Or. ex coniectura rescripsit, M habet *mortē.* Latetne in eo IMMODERATO? Syllaba *im* ob antecedentem *am* facile excidere potuit; tum mediae syllabae omissae sunt, ut sexcenties.

Ibid. C, p. 150, l. 17: «MOX VEXILLA IN QUATTUOR DECUM XIII, LEGIONUM etc. Ita M. Rescribo: Mox vexilla I. (primae) *quartaeque et quintae decimae legionum*, *dein* etc.

Libr. III, *cap.* III, p. 158, l. 4; «.... VULGUS ET CETERI etc.» At. M. *ceterū i. e. ceterum* Recte! reddendum est cf. p. 114, l. 12.

Ibid. l. 8; praefero *gravior*, quod M habet, commate post *erat* deleto: et *ibid.* l. 7 *interpretationem* fortasse defendi potest.

Ibid. cap. VI, p. 159, l. 14; «... QUAM GLORIAM ET DUX..

ET RES...... ADDIDERANT. Quidquid dicit Walth. ad h. l., mihi, uti et Gutmanno, coniectura Bipont. necessaria esse videtur. Scriptum erat, ut Tom. I, p. 435, l. 13, *q* cum lin. traversa (*qui*), ubi Rhenanus emendandum significavit; *iam* addere debebant Bip., quia in lectione M inest. Volebam ad h. l. ascribere eos locos, in quibus *iam* omissum est; sed lector sibi ipse colligat.

Ibid, *cap.* X, p. 162, l. 12; «.... ET VISI PROCUL SOCIORUM etc. At M. *uisi in procul* (*«in* ortum ex praeced. *i.»* Or.. Cave credas!) Rescribo *et visi inde procul:* sic M p. 73, I. 8, *in* habet, pro quo Or. recte *inde* scripsit.

Ibid. *cap.* XIII, p. 165, l. 15; «...ETIAM MILITIBUS PRINCIPEM AUFERRE. At M habet *auferre litem.* Rescribo ...*etiam mil. princ. auferre* VE*li*N*t.* Prima syllaba verbi *velint* ab ultima antecedentis voc. absorpta est: porro scriptum erat lit = lint cf. quae ad Dial. cap. VII, l. 12 scripsi; librarius quum illud *lit*, quia fortasse lin., quae *i* superscribenda erat, *t* addita erat, non intelligeret, scripsit *litem* accomadato vocabulo ad praeced. *principem.* Possis quoque rescribere *etiam*NE .... *velint?*

Ibid. *cap.* XVIII. p. 168, l. 4; «FORTE VICTI etc.» Voc. *victi* in hunc locum non quadrare, multi viderunt. Rescribo *vi*N*cti* cf. interp. ad An. 1, 5; verba *vincendi* et *vinciendi* sexcenties permutantur cf. Drakenb. ad Liv. Tom. II, p. 194, 957 etc. ed. Belg.

Ibid. l. 7: ....QUOS † MILITIAE LEGIONARIIS QUAMQUAM RAPTIM DUCTOS AEQUABANT. Rescribo; *quos militi*A *legionariis* etc. *aequab*A*t*, s. *quo*RUM *militia*M (CUM) *legionariis quamquam raptim ducto*RUM *aequab*A*t*, s. *quo*RUM *militi*A *legionariis* r. *ductorum aequabat.* De mutatione vocabuli *quos* etc. in *quorum* cf. ad. Germ. cap. XLVI.; *legionariis* est comparatio, quae vocatur compendiaria, = militiae legionariorum cf. ad An. libr. XVI cap. XVII; *militia* = virtus, scientia militaris cf. Forcel. in v.

Ibid. cap. XXIII, p. 171, l. 11. Ut Lipsii coniectura *torment*O *tum* lect. M, corruptae praefero, quamquam pro *tum clam* rescribam; ita ibid cap. XXIV, l. 18 credo *cur nam*, quod MSS Agr. habet, propius accedere ad corruptam M lectionem *currari* («sic» Or.), quam Ferreti coniectura *cur rursum* aut Lipsi *Cur resumpsissent* ideoque rescribendum esse.

Ibid. Cap. XLIV; p. 184, l. 19: ET BRITANNIAM † INDITUS etc. Rescribo *At* cf. Hand. Turs. I, p. 422; dele signum † et verba *inditus* etc. recte a Walth. explicata esse crede: *at* atque *et* sexcenties permutantur.

Ibid. Cap. XLVIII, p. 187, l. 15: «.... URBEM QUOQUE etc. M habet *urbemque*, quod defendit Roth ad Agr. § XXVIII, p. 253.

Ibid. Cap. LXVI, 200, l. 3: QUIN, UT CENSURAM PATRIS, UT TRES CONSULATUS, UT TOT EGREGIAE DOMUS HONORES DECERET etc. Quamquam Walth. «nihil», inquit, «vulgata scriptura melius excogitari potest», tamen propius ad M, qui *degeret* (cf. quoque p. 392, l. 12) habet, accedens rescribo NON *dege*NE*r*AR*et* etc.; *non* fortasse ut Tom. I, p. 5, l. 13 N cum lin. scriptum hic illic excidit cf. quae scripsi ad dial. cap. XXVII; *degeneraret*, ex nota illa mediarum syllabarum omissione *degeret* ortum est, de verbo *degenerandi* cf. Burm. ad Propert. 4, 1, 81; Barth. ad Stat. Sylv. 3, 1, 160 Tom. I, p. 288.

Ibid. Cap. LXIX, p. 201, l. 16: «IGITUR TAMQUAM etc. CESSISSET etc. M habet *cecississet*, ad quod propius accedit, quod MSS Agr. etc. habent, *cecidisset* idque reddendum esse credo.

Ibid. Cap. LXXXVI, p. 215, l. 4: «PATRIA ILLI LUCERIA etc. At M habet *patrem illi lucerià*, in quo latere credo *patri*A ERAT *illi Luceria*.

Libr. IV, *Cap.* V, p. 222, l. 5: «HELVIDIUS PRISCUS † REGIONE ITALIAE, CARECINAE MUNICIPIO etc. Si coniecturis con-

iecturam addere licet, rescribam: *e regione Italiae* IV., *Carentinorum* (al. *Sarentinornm* scribunt) *municipio.*

Ibid. lin. 7, Me *quo*, quam *ut*, inserere malle, iam significavi; *ut* insertum explicat Hand. Turs. IV, p. 280.

Ibid. Cap. XI, p. 227, ut lin. 7 ex edit. Spir. malim *ipsius* rescribere, ut supra iam dixi, ita lin. 8 ex MSS Agr. *etiam* pro *enim is*, quod M habet; *etiam* et *enim* hic illic permutari dixi ad Germ. cap. XIX.

Ibid. Cap. XXII, p. 227, l. 14. Lectionem, quam B cum Guelf. Harl. Bodl. etc. recepit, explicat Hand. Turs. III, p. 391 *vadis circumdatam:* donec meliora proferantur, a Walchi parte sto.

Ibid. p. 228, l. 2: ERAT ET DOMI DELECTUS EQUES, PRAECIPUO NANDI STUDIO ARMA EQUOSQUE RETINENS INTEGRIS TURMIS RHENUM PERRUMPERE. Or. Duebnero auctore infinit. *perrumpere* dependere ait secundum graecae ling. usum a vv. praec. nan. stud. Quae explicatio mihi displicet. Aliter Doed., cuius explicationem nimis contortam Or. vocat. «Latitat, opinor, in *erant* verbum illud, ex quo pendebat infinitivus *perrumpere.* «Bernh. Recte! Rescribo: DIDICe*rant* etc.

Ibid. Cap. XV, p. 231, l. 4: .... HIBERNA, PROXIMA OCCUPATU, OCEANO IMRUMPIT. M habet *proxima occupata.* Latetne in eo *occupat*UM? Quo admisso comma post vocab. *hiberna* delendum est.

Ibid. Cap. XXVIII, p. 241, l. 9 Ut hic *alia manu transire* non mutaverim, ita cap. XXIX, p. 242, l. 7, *tendere arcus* (cf. Doed. ad h. l.) retinendum esse credo.

Ibid. Cap. XXXV, p. 246, l. 19:..; DESERTOS SE ABDCUTA PARTE etc. At M habet: *desertos que*, propterea me *desertos se* QUO*que* rescribere malle, iam supra significavi.

Ibid. Cap. LV, p. 263, l. 10: IPSE E MAIORIBUS SUIS HOSTIS POPULI ROMANI, QUAM SOCIUS IACTABAT. Rescribo: .... *iactabat*UR; sic Or. ibid. l. 14 pro *incendebat*, quod M habet,

rescripsit *incendebatur*, quamquam *incendebat* retineri potest, si leniori mutatione pro *Sabinus* rescripseris *Sabin*UM, cum in terminationibus *us*, *um* et cum et sine lin. saepius turbatum est.

Ibid. Cap. LX. p. 268, l. 7: TUM PACTUS PRAEDAM CASTRORUM DAT CUSTODES etc. M. habet *pacti;* rescribo *pacti*S.

Ibid. Cap. LXXIII, p. 278, l. 25: «SED QUONIAM etc.» M habet *q* cum lin. — Tom. I, p 49, l. 11 *quoniam* Jac. Gronovius: *quo* cum lin., quod solitum est v. *quoniam* compendium M; *quando* cum ceteris Edd. B; *quod* mavolt Doederlein.» Or. p. 52, l. 4 «*quoniam* (*quo*cum lin. ex solito compendio, frequentissimo in Cod. Mediceo Ciceronis epistolarum ad Familiares) M; *quando* B. «Or. p. 92, l, 16 *quoniam* (*quo* cum lineola) M; *quando* B. Vid. ad p. 52, v. 4» Or. p. 119, l. 16 *quoniam* «*quo* cum lin. M. Recte Furia h. l. agnovit *quoniam*, cum plerumque eadem nota, ut in Ciceronis Epistolis ad Fam., male explicata sit *quando*, quam particulam omnibus litteris exhibere solet M, ut mox C. 57: *si quando adsideret*. H. l. ante Bekkerum edebant *quo*. «Or. p. 190, l. 7, «*qua* M; correxit Beroaldus *quia* «Or. p. 216 l. 6 *quoniam* «*quo* cum lin., notissimo compendio, M; *quando* ceteris cum Edd. B. «Or. p. 225, l. 11 *quoniam* (*quo* cum lin.) M: *quando* B, quam part. semper omnibus litteris exhibet M, ut infra C. 31, bis, C. 32, C. 38. cet), *quod* Ritter «Or. — Tom. II, p. 222, l. 3: *quia* «*q* cum lin. id est *quae* vel *qua* M, *quoniam* Agr. Ut nos, Edd. omnes.» Or. — p. 295, l. 9 *quoniam* «*q* cum lin. M, *quia* B» Or. p. 297, l, 11 *quia* «*q* cum duabus lineolis superpositis, qua in nota *quia* (vel *quoniam?*) latere vidit Baiterus, ut voluerunt iam Bipontini: *quem* cum ceteris Edd. B,» Or. — p. 322, l. 6: *nunc' qm'* P, *qnoniam* rescripsit Or. — Ad locum, de quo agimus, haec Or ascripsit: «*quoniam* Corb.: *q* cum lin. M (*quae* explicavit

Victorinus), *quia* B.» Satis habeo, haec ascripsisse. Judicet lector, quid h. l. praeferendum sit.

Ibid. Cap. LXXXVI, cap. 288, l. 14:... QUO VELARET ANIMUM ET FRATIIS AEMULATIONI SUBDUCERETUR etc. At M habet *subduceret*, idque voc. *se* post *aemulationi* interposito, quod ob primam syllabam verbi subduceret facile excidere potuit, reddendum est. Si cum Jac. Gronov. *aninum* intelligere volueris, voc. *se* non opus est.

Libr. V, *Cap.* III, p. 296, l. 7; «... SED SIBIMET, DUCE CAELESTI, CREDERENT, PRIMO CUIUS AUXILIO PRAESENTES MISERIAS PEPULISSENT. ets.» M habet quidem *duc*E, sed male; pro *sed* habet *et*; dein: *cuius auxilio credentes praesentes miserias* etc.. Rescribo e verborum contextu: *sed sibimet, duci* (cod. Sangall. Orosii habet) *caelesti* (*i. e.* sibi ipsi, Moysi, ut duci caelesti), *crederent primo cuius auxilio credentes praesentes* etc.

Ib. Cap. IV, p. 299, l. 3: *cursus*, quod M habet, praefero cf. Cic. Som. Scip. 4: *Stellarum cursus sempiterni.*

Ib. Cup. VI, p. 302, l. 8; «INCERTAE UNDAE SUPERIACAT, UT SOLIDO, FETUR. M *incertes*, eraso *s*, = incertae, *s* etiam vocalibus sequentibus in fine vocabulorum addi iam supra dixi; item M ll. plerumque in hist. libr. *e* habere, ubi *ae* sit etc. necesse est. Nihil mutandum. Tom, l, p. 284, l. 3 rescribendum est *incertae* (M habet *incerta*) *virilitatis* et p. 431, l. 13 *incertas*, quod M habet, reddendum est; exempla vide ap. Doed. p. 391.

Ibid. Cap. VII, p. 304, l. 2; «MODICUM ID LITUS ET EGERENTIBUS INEXHAUSTUM.» «An *sed?*» Or. Nequaquam; *et* = et tamen, ut Walth. et Doed. recte explicuerunt, cf. Hand Turs. II, p. 496, Nro. 4. H. l. de aliquot locis, in quibus *et, at, ac* etc. leguntur, pauca dicam. T. l, p. 3, l. 8 M habet *at*, pro quo B. recte *ac*, de cuius vi cf. quae ad Agr. cap. XVI scripsi; male Or. ex Horkel. coniectura *ut* rescripsit. *Ibid.* p. 16, l. 20 recte M. *sed et* habet = *sed ut et*

i. e. quoque cf. Rhenan. ap. Walth. et Doed. ad h. l.: ceterum de *non ut* — *sed ut* cf. Hand. l. l. IV, p. 279. *Ibid.* p. 154, l. 1 M habet *et*, quod male Lipsio auctore in *ei* mutarunt; de vi *et* cf. quae ad cap. XI. dialog. scripsi. *Ibid.* p. 157, l. 8; M habet *et*, quod Rhen. autore male in *sed* mutarunt, de vi *et* cf. quae ad cap. VI, dialog. scripsi. *Ibid.* p. 299, l. 3 M habet *creberrima et tristia*: rescribo *creberrim*E *et*; *creberrima* ortum est ex accomodatione ad sequens voc. *tristia; et* eiicere non debebat Or. — *Ibid.* p. 330, l. 17; p. 331, l. 8; p. 366; l. 11; p. 407, l. 7 recte M *et* omisit. — *Ibid.* p. 339, l. 1 me *et ea* malle legere, iam supra dixi; de usu *et* cf. Hand II. p. 492, Nro. 12.

Ibid. p. 342, l. 7 M habet *ac si*, quod cur mutandum sit, non video, cf. Hand l. l. I, p. 476. — Ibid. p. 522, l. 9 M habet *et quod.* Recte! Male omiserunt Or., Doed. cf. Hand l. l. II, p. 490, Nro. 8, coll. Ibid. p. 494. Nro. 18. *Ibid.* p. 531, l. 16 *et*, quod M habet, retinendum est. — Tom, II, p, 55, l. 9 *et*, quod M habet, reddendum est, uti et Doed. vidit; *Ibid.* p. 62, l. 8 a, b recte omittunt *et; Ibid.* l. 8 *ac = und sohin, sonach* cf. Hand II. I, p. 464; *Ibid* p. 69, 15 M habet *et tribunos et centurionesque:* reddendum est; alterum *et = vel* (cf. Hand l. l. II, p. 520, Nro. 16), item *Ibid.* p. 108, l. 2; — *Ibid.* p. 111, l. 7 rescribo *et ea strictis. Ibid.* p. 283, l. 2 cum Doed. *integra qua et e* rescribo, de usu *et* cf. Hand l. l. II. p. 522, Nro. 9.

Ibid. Cap. IX. p, 307, l. 4 cf. An. Libr. XII. cap. LIV. p. 403, l. 22, ubi *patientia*, quod M habet, reddendum est, cf. Doed. ad il. l.

Ibid. Cap. XXIII, p. 329, l. 22; M habet *cupido inuasi incessit*; optime Pichena *cup. inanis incessit* coniecit.

Ibid. l. 23, Malim lacunam hoc modo supplere *adiecta ingens lintrinm vis triceno*RUM *quadrage*NORUM*que*

VIRORUM, De mutatione terminationis *os* in *orum* cf. quae supra ad libr. III., cap. XVIII, l. 7 scripsi.

Ad finem iam ea, quae hoc libello exponere volui, adduxi. Alio tempore, quum de codd., quibus Or. in adornanda editione, quam emisit, usus est, explicaturus sum, de aliis, quae ad textum, quem dicunt, constituendum spectant, agam, Ea, quae hic libellus continet, iam ante tres circiter annos edere volebam. Quod quin perfecerim, multis, quae scire lectoris nihil interest, impeditus sum. Utinam hic libellus aliquid utile ad Taciti opera emendanda et explicanda conferat! Ante hos undecim annos meum adolescentis septendecim annos nati animum jucundissimae librorum Tacitinorum lectionis voluptate explevi, ut saepius illos perlegerim. Ad Taciti voluntatem quam proxime ut accedere, eius mentem penitus ut assequi possem, quantum per exiguum ingenium potui, studui, ut formam Taciti ingeni et animi induerem idemque, atque ille, sentirem.



HISTORIARUM

LIBR. I. CAP. I. et II.

P. C. HOOFTO BELGICO INTERPRETE.

Met het Burgermeesterschap van Ser. Galba ten tweeden, en van T. Vinius, zal ik myn werk aanvangen. Want de zeeven honderdt twintigh jaaren der eerste eeuwe, naa 't stichten der stadt, zijn door veele schryvers verreekent (1): als de daaden van 't Roomsche volk met eevene wel- en vryspreekenheit werden vermelt. Naa dat men by Actium uitgeoorloght heeft, en de vreede hing aan 't opdraaghen der gansche maght aan eenen man; zoo hebben die groote vernuften geruimt. Met een is de waarheit op veelenley manieren gekneust. Ten eersten door onkunde van den Staat, als daar men geen deel aan hadt, daarnaa door smaak in 't vleyen, oft weederom uit haat teegens de heerschers. Zorgende alzoo nocht d'eene, nocht d'andere, voor de nakoomst, «mits dat ze verbittert, oft heetendoens (2) » waaren. Maar LICHTELYK walght de gunstjaght van eenen » schryver, 't bedillen en de nydt ontfangt men met ge- » neegen ooren.» Want HET VLEYEN draaght de vuile kladt der slaafsheit, de bitterheit de valsche schyn der vryheit. Ik heb Galba, Otho, nocht Vitellius, door weldaadt oft

(1) Verhaalt. (2) Verbonden.

ongelyk leeren kennen. Dat Vespasiaan myne eere eerst opgerecht, Titus vermeerdert, Domitiaan noch het gevordert heeft, staat my niet t'ontkennen. Maar die hunne trouwe voor onbezoedelt uitgeeven, moet nocht de liefde nocht de haat uit hunnen mondt spreeken. 't En zy my 't leeven te kort valt, ik spaar het vorstendoom van den vergooden Nerva, en 't ryk van Trajaan voor mynen ouderdoom: tyden van een zeldtzaam geluk, daar 't vry staat te gevoelen wat men wil, en te zeggen wat men gevoelt.

CAP. II.

Ik gaa een werk aan vol van allerlei geval, bitter van stryden, twistigh van oproer, wreedt in de vreede zelve. Vier Vorsten aan staal gestorven. Drie burgeroorlooghen, meer uitheemsche, en doorgaands vermengt. Voorspoedt in 't Oost. teegenspoedt in 't Weste. Illyrië beroert, de Galliën waggelende. Britanje voltemt en terstondt verlooren. De volken van Sarmatien en Zwaaven opgestaan. De Daak vermaardt door onderlinge neederlaagen. De waapenen der Parthen ook bynaa verwekt door de guicheleryе van eenen valschen Nero. Ende om tot Italië te koomen, dat is met nieuwe ellenden, oft immers, die 't in een' lange ry van eeuwen niet geproeft hadt, geplaaght. Steeden verzonken oft overstelpt. De overvruchtbaare oordt van Campanië, en de stadt zelve verwoest door den brandt, d'overouwde tempelen verteert, en 't Capitolium zelf door burgers handen ontsteeken. De tempelzeeden bezoedelt. Overspel in de groote huizen. De zee vol ballingen. De klippen geverwt met bloedt. Yslyker in stadt gewoedt. Adel, rykdoom, geweigerde oft aanvaarde eere voor halszaaken gereekent, en geen bederflyker dingh dan de deught. Immers zoo haatelyk ook waaren de vergeldingen der aanbrengeren, als hunne schelmstukken: dewyl dat eenigen hunner aan Priesterampten en Burgermeesterschappen als aan roofgoedt

geraakt, anderen aan Steedehouderſchappen en inwendige moogenheit, alles dreeven en droegen. Door haat en vrees werden de ſlaaven teegens hunne heeren, de vryelinghen teegens hunne meeſters ([1]) opgemaakt; en dien 't aan vyanden gebrak, door hunne vrunden verdelght. ([2])

LIBR. III. CAP. XXII — XXV.

Maar 't Vitelliaansche heir, ('t welk, met reede, tot Cremone geruſt zouw hebben, ende zyn' krachten met ſpyz en ſlaap ververſcht, om den vyandt, afgemat van kouwde en honger, 's anderen daaghs te doen verſtuiven en ſtorten) komt behoeftigh van hooft, leedigh ([3]) van raadt, ontrent de derde uure der nacht op de Flaviaanſche, die nu bereidt en geſchaart waaren, toezetten. De orde der toght, die door de gramſchap en duiſternis verſpreidt was, zoud ik niet darren verklaaren: alhoewel anderen hebben uitgegeeven, *dat de vierde Macedoniſche in den rechter hooren van de hunnen; de vyfde en vyftiende, met de vaanen van de neegende, tweede, en twintigſte der Britanniſche keurbenden, de middelſpits; de zeſtiendenaars, en de tweeentwintigdenaars, en d'eerſtenaars den ſlinker hooren uitmaakten.* ([4]) Die van de Roofſter en Italiſche, hadden zigh onder alle de rotten vermenght. De ruiters en hulptroepen koozen zelf plaats voor zich. De ſtrydt was, den gantſchen nacht, meenigerley ([5]), wankelingh ([6]), fel, bederflyk nu den eenen, thans weeder den anderen, moedt, oft handt, zelfs de oogen, om te voorzien, holpen niet. Ende waaren de waapenen in yder ſpits de ſelfſte, de leuze van 't gevecht, bekent door 't dikwyls vraagen: de vaanen vermengelt, naa dat elke drom de zelve, den vyandt ontnoomen, herwaarts oft derwaarts rukte. Meest werdt ge-

---

([1]) Patronos. ([2]) Oppreſſi. ([3]) Vacuus: oft anders Inops, Arm.
([4]) Compleſſe: vervulden. ([5]) Varium: om en weeder, verscheiden keerende.
([6]) Anceps.

drongen de zeevende keurbende, onlanx van Galba opgeteekent. ([1]) Daar werden zes Hondertmans der voorſte ordeningen verſlaagen; eenige ſtanders weghgerooft. Den arent zelf, hadt Atilius Verus, Hondertman des eerſten pyls, met groote neêrlaagh der vyanden, en ten leſten ſtervende bewaart.

CAP. XXIII.

Antonius hieldt de glyende ſpitſe staande, mits doende de hofbendenaars derwaarts komen. Dewelke als zy 't gevecht ondervangen hadden, dryven den vyandt te rugh, worden daarnaa zelf te rugh gedreeven. Want de Vitelliaanſchen hadden 't grof geſchut op den dyk des wegs gebragt; op dat het werptuigh uit eenen leedigen en oopenen oordt moghte geſlingert werden, dat te vooren zich verſpreide, ende teegens 't kreupelhout aanklitſte, zonder ſchaade des vyandts. De balyde ([2]) der vyftiende keurbende, uitmuntende in grootheit, ſmeet met geweldige ſteenen de vyandtlyke ſpits ter needer: ende was om een' breede neêrlaag te baaren, 't en waare dat twee ſoldaaten, beſtaande een doorluchtigh ſtuk, naa 't aangrypen van ſchilden uit den lykhoop, ongemerkt, ([3]) de banden en wikzeelen ([4]) der manganeelen hadden afgeſneeden. Terſtond werden zy doorpriemt; 't welk hunne naamen geſpilt heeft: aan de daadt wordt niet getwyffelt. De fortuin hadt noch geen' zyde gekooren, tot dat, als 't nu diep in de nacht gingk, de ryzende maan de ſpitzen ten toon ſtelde, en bedroogh. Maar den Flaviaanen was zy gunſtiger, die haar van achteren hadden. Hier door waaren de ſchaduwen der mannen en paarden te grooter, ende 't geſchut des vyandts, maakende valſchen ſlagh op den ſchyn van lichaamen, viel te kort. De Vitellianen, verklaart met het licht van vooren,

---

([1]) Conſcripta. ([2]) Baliſta. ([3]) Ignorati. ([4]) Libramenta.

ftonden onverhoeds ten doele, aan d'anderen, die als uit eenen fchuilhoek fchooten.

CAP. XXIV.

Antonius derhalven, als hy de zynen kennen, en gekent kon worden, ontfteekende zommigen met fchaamte en fcheldwoorden, veelen met lof en aanporring, alle met hoop en beloften, vraagde de Pannonifche keurbenden, *waarom zy de waapenen hervat hadden? dat die de velden waaren, daar zy de fmette der voorige fchande uitwisfchen, de gloory herwerven konden.* Toen gekeert tot de Mœfifchen, wekte [1] ze op, hen noemende *de voorften* [2] *en aanftichters van 't oorlogh: dat zy vergeefs met dreigementen en woorden de Vitelliaanen uitgedaagt hadden, zoo zy teegens hunne handen en gezicht niet en moghten.* Deeze waaren zyn' reedenen, aan alle, daar hy by quam. Breeder fprak hy tot de derdelingen, hun vermaanende oud en nieuw: *hoe zy onder Marcus Antonius de Parthen, onder Corbulo d'Armeniers, onlanx de Sarmaten hadden doen fwichten.* Thans gefteurt op de hofbenden, *gy,* zeid hy, *boeren, ten zy gy wint, wat ander Veldheer, wat ander leeger zal uw toevlucht zyn?* [3] *ginder zyn uw krygsteekens en waapenen, en de doodt voor de verliezers: want de fchand, hebt gy verfleeten* [4]. Allom is een gefchreeuw. En de derdelinghen (deez' is de wyze in Syrië) begroeten de ryzende zon.

CAP. XXV.

Daar uit ontftaat een wuft [5] gerucht, misfchien by raadt des Hooftmans, *dat Mucianus aangekoomen was, de heiren elkander gegroet hadden.* Zy voeren 'er den tredt op in, als geftyft met versfche hulp; zynde nu de fpits

---

(1) Ciebat. (2) Beginners. (3) Accipient: zal u ontfangen.
(4) De fchande zyt gy doorgebeeten. (5) Vagus.

der Vitelliaanen dun, (1) als die, zonder eenigen beſtierder, zich krompen oft ſlaakten, naa dat elk van hevigheit, oft vreeze gedreeven werdt. Antonius, als hy vernam dat zy weeken, bonſt' er op aan, met een' dikke ſchaar. De geſlaakte ordeningen ſcheuren af: ende geen middel om die te boeten, (2) mits de belemmeringh van waaghens en grof geſchut. De verwinners, uit haaſt om te vervolgen, ſpreyen zich langs de grenze (3) van den wegh. De moordt is des te merklyker geweeſt, om dat een zoon zynen vaader ombraght. De zaak en de naamen, zal ik, uit de ſchriften van Vipſanius Maſſalla verhaalen. Julius Mansuetus zynde uit Hiſpanië gelicht onder de keurbende Rooffter, (4) hadt eenen zoon beneeden mans jaaren (5) t'huis gelaaten, dezelve, t'hans volwaſſen, opgeteekent (6) onder de zeevendelingen van Galba, dewyl hy zynen vaader, die hem by geval voorgekoomen was met een wonde gevelt, ende half levend, bekykt, van hem gekent wordende, ende hem kennende, en omarmende den bloedeloozen, badt met ſchriklyke ſtemme, *om zoen met zyns vaaders geeſt, en dat die geen afgryzen van hem, als van eenen vaadermoorder, hebben wilde: dat dit een daadt des gantſchen* (7) *krygshandels was; ende wat deel van de burgerwaapenen kon een eenigh ſoldaat doch maaken?* teffens hief hy 't lichaam op, oopende de aarde, en queet zich teegens zynen vaader in den uiterſten plicht. De naaſten werden 's gewaar, daarnaa meer anderen. Hier uit ryſt, door de ganſche ſpits, verwonderingh en geklagh, en vloek teegens zoo ooverwreedt een oorlogh. Des niet te traagher doch ſchudden zy hunne vermoorde bloedtverwanten, maagen, en broeders uit, en ſpraaken op 't bedreeven ſchelmſtuk, en bedryven 't zelfſte.

(1) Rariore: ydel, voos. (2) Reſtitui: herſtellen. (3) Den boordt. (4) Rapaci. (5) Impuberem. (6) Te rolle geſtelt. (7) Publicum: gemeenen.

DE

PETRO CORNELIO HOOFTO,

Belgico librorum a Tacito conscriptorum interprete.



De Hoofto h. l. pauca dicturo haec praefari a re non alienum mihi visum est.

Id, quod potissimum aut unum in aliquot exemplis interpretationis Tacitinorum librorum ab Hoofto emissae in hunc libellum additis spectabam, erat, ut illam vulgatam Germanorum opinionem belgicarum litterarum monumenta nulla aut levia esse, saltem aliqua ex parte tollerem. Quod quo melius perficerem, ante duos annos inceperam libellum conscribere, quo, quaenam Hoofti et Bilderdycki sint merita et de lingua, quam vocant, Hollandica excolenda et de historia componenda, ostendere volebam. Hoc consilium licet ipse, quia nimis meorum studiorum rationem conturbabat, abiecerim, ex animi sententia tamen opto, ut aliquis de proposita re ac de Vondelo eique aequalibus accurate atque exquisite disputet. Velim, Catholicus sit. Cur? Ne multa bona, quin imo maxime bona quidem fide, attamem perperam explicata legere coactus sis. Sic, ut hoc exemplo utar, *Gelzerus*, popularis meus, egregium bonaeque frugis plenissimum librum, quem «*Die neuere Deutsche National — Litteratur nach ihren ethischen und religioesen Gesichtspunkten* etc.» inscripsit, edidit. Attamen quam multa, quia Catholicae ecclesiae fidem non profitetur, perperam explicuit. Quod ut uno exemplo confirmem, legas quaeso, quae de Claudio Tom. II, p. 6 seqq. ed. II. scripsit et imprimis attende ad hac verba: «*Nur* DIE EVANGELISCHE KIRCHE etc.» Si tamen, quae sanctissima mater, Catholica ecclesia, et quae ii, qui ab eius parte non stant, docent, accurate perspexeris, Claudium in plerisque non cum Lutheri

doctrina, sed cum Catholica ecclesia consentire confitearis necesse est. Sed revertamur ad Hooftum.

Petrus Cornelius (*Corneliszoon i. e. Corneli filius*) *Hooftus* Amstelodami, in qua urbe eius pater civium magister — buergermeisterum interpretatur *F. A. Wolf* — erat, natus est a. d. XVII Kal. Apr. MDLXXXI. Adolescentulus Leidam missus est, ut ad linguas et latinam et graecam incumberet et ad iuris studium se conferret. Octodecim circiter annos natus iter in Galliam, Italiam, Germaniam suscepit. In patriam post tres annos reversus in unam societatem Rederykerorum receptus mox inter omnes socios maxime excelluit. A Mauritio principe MDCIX Muidenae praeficitur. Quod ipsi de muneris labore temporis dabatur, et amicorum Vondeli, Baarlei, Vossi, Huygentis, Annae et Mariae Tesselschade sororum, Roemeri Visscheri filiarum, etc. conversationi et bonis literis disposuit. Plurima poetices genera attigit, elegantissimas epistolas ad amicos dedit. Vitam Henrici IV., Gallorum regis, enarravit, breviter res adversas Mediceorum complexus est; edidit denique illud κτῆμα ἐς ἀεί, potissimum eius opus, quod «*Historiae Nederlandicae*» inscripsit, cuius pars posterior post eius mortem emissa est. Item Hoofto mortuo interpretatio librorum a Tacito conscriptorum, quos quinquagies bis perlegit, edita est. Dum apud nos, Germanos, Opitzius et ea, quae silesica vocatur, poetarum schola et mox Hofmannswaldauiani et Lohnsteinii suos conscribebant libros, Hollandica lingua mirum in modum ab Hoofto, Vondelo, aliis excolebatur et emendabatur, opera maxime egregia edebantur. Quibus si nostrates comparas, eos in quintis sextisve constitisse proh dolor! confitearis necesse est.

De Hoofti ingenio etc. alii alio modo explicuerunt cf. *Brandt* vita Hoofti, *de Clercq* (over den invloed der vreemde lett. etc.), van *Kampen* (beknopte Geschiedenis d. letteren en wetenschappen in de Nederlanden Tom. I. pluribus locis), *Koning* (over het slot te Muiden), *Scheltema* (redevoering over Hooft's brieven), *Siegenbeek* (redevoering over Hooft als Dichter en Geschiedschrijver), *Wagenaar* (Beschrijving en Geschiedenis van Amsterdam P. III), *de Wind* (biblioth. d. Nederl. Geschiedschr.), *Ypey* (Geschiedenis der Nederl. Taal T. I et II). Inter hos nullus eorum, ad quos

pertinebat, eam, qua usus est, Hooftus elocutionis indolem (*Kunststil* nos, Germani, dicere solemus) eaque omnia, quac vocabulo Germ. *Weltanschauung* subsunt, accurata scientiae pervestigatione comprehendit de iisque subtiliter disseruit. Sunt quidem res explicatu difficillimae; eae tamen, quae si iusti interpretis munere fungi volueris, praetermittendae non sint. Spero, fore ut Lennepius, qui Vondeli libros edere incepit, interpretis munere melius fungatur.

Quum in plagula quinta ab erratis et peccatis typographicis purganda versarer, et e Monasterio opera Francisci Bahlmanni, discipuli olim mei, intercedente Fuistingo, doctissimo Gymnas. Monast. praeceptore, ex academiae bibliotheca et ex Ultrajectino ad Rhenum Karstenii, V. C. et in univers. eiusd. urbis magna cum laude antiquas litteras docentis, cura Cantabrig. Ritteri editio ad me perlata est: quam tantummodo hic illic inspexi et statim remisi: nam violentius in emendandis locis corruptis egisse mihi videbatur. Quum ex Joanne Muellero accepissem, editionum ab Orellio et a Rittero emissarum censuras in comment et philol. et paedog. a R. Klotz. etc. editis receptas esse illosque commentarios Hullemanum, egregium gymn. Amstelod. praeceptorem, possidere, hunc virum adivi, humanissime me excepit votisque meis non defuit. Censuras illas a Pfitznero, Weissenbornio, Halmio conscriptas vehementer doleo non prius mihi innotuisse. iisque, item, nescio cuius, emendationibus locc. corr., qui ap. Tacit. in Agr. vit. leguntur, in miscell. ab Hull. edit. uti non licuisse. Gaudeo tamen, hic illic illos viros doctissimos mecum consentire. Quae in iis inveni bona (et permulta sunt), cum de codd., quibus Or. in adornanda editione, quam emisit, usus est, explicaturus sum, indicabo. De quibus h. l. explicandi tempus deest mihi Amstelodamo Bonnam profecturo, ut ibi ad tempus in litteras orientales incumbam.

Vitia typographica, quae non visa emendata non sunt, e. c. p. 4, l. *mensis* p. *mensibus*, p. 14, l. 24 post v. *syll.* pon. sig.); p. 19, l. 3 p. voc. *exempl.* ad. *latinum*, p. 21, l. 17 p. *enumerare* scr. *ennmerandi* etc., b. l., emendet! In syllabis etc. litteris uncialibus describendis non ubique typotheta id, quod indicaveram, secutus est!